CAMILLI PLAVTII PAEZONIS IVRISC.
Fontanellatensis
COMMENTARIA AD RVB.
DE
Verborum obligationib.

NVNC IN LVCEM AEDITA.

Ad Illustriss. & Excell. Alexandrum Farnesium Parmensium & Placentinorum Principem fœlicissimum.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.



Florentiæ apud Iunctas. 1566.

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO ALEXANDRO FARNESIO Parmensium, & Placentinorum Principi

Camillus Plautius Jælic: D.

CVM mihi veniunt in mentem PRINCEPS *Augustissime, quanta beneficētia me apud Belgas prosecutus fueris, quanta comitate, atque humanitate me dignaueris, Princeps priuatum, dominus seruum, mihi ipse ingratissimus uideor, nec vllo modo quiescere possum, nisi ratione aliqua testatum manifestumq; fecero me, tametsi ob tenuitatem meam, & ob excellentem fortunæ tuæ gradum, parem gratiam referre non possum, saltem animo gratissimo esse præditum, & meam erga te obseruantiam, qua te mirifice colo, & veneror, esse maximam: & beneficia accepta, liberalitatemq; in me collatam, memoria colere sempiterna. nam vt cætera missa faciam, quibus in recensendis longo sermone opus esset, optime memoria teneo, quantum ipse, una cum serenissima* MARGHARITA *matre tua,*

cui tantum debeo, quantum nemini, honori existima tioniq; et innocentiæ meæ faueris, cum me iacentem protexisti, & ab impijs sceleratorum, & potentißimorum hominum manibus liberasti, & ex ore atq; è faucibus immanium Barbarorum eripuisti, cuius rei causa, tantam amplitudini tuæ, ac serenißime matri tuæ, omnibusque his, qui tuo iussu, ea in re negotium meum gesserunt, gratiam habeo, habeboq; dum viuam, vt nullam partem meritorum, non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi poßim, habebo tamen semper tantam, quantam maximam animus meus capere poterit: vt saltem gratiam meritam, memori mente persoluam: rogaboque deos immortales, vt, quod ego non possum, ipsi pro me. tibi ac meritis referant gratiam. Præterea non ignoro Princeps illustrißime, & gloriæ immortalis plenißime, quantum quisq; suo Regi, cuius in ditione atque potestate est, debeat, quàm magnum, quàm sanctum esse hoc nomen subiectis videri debeat, quo cultu, qua veneratione, denique quàm sancte, & quàm auguste cum colere oporteat, quæ obseruantia, quiq; cultus, si principibus quibusq;, qualescunque nacti fuerimus, præstandus est, quantum dij boni, optimo felicißimoq; Principi, qualis ipse es, impendi oportere dicemus? His vinculis obstrictus ego amplitudini tuæ, atque obligatus, dies & noctes nihil aliud cogito, quàm vt intelligas me summam erga te fideli-

fidelitatem, & sempiternam beneficentiæ tuæ recordationem, habere, & promptum paratumq; semper futurum esse, ad omne pro te discrimen periculumque subeundum, & ad mortem oppetendam; Sed et si nec summa beneficentia tua tibi obstrictus, nec iure imperij tua in potestate positus essem, attamen ob incredibiles, & heroicas virtutes tuas, & ob maximam spem, quam de te omnes conceperunt, & ob admirabilia corporis, fortunæ, animique bona, in te à dijs immortalibus collata, quorum fama omnium oculos in te conuertit, & in tui admirationem traducit, & ad te obseruandum, colendum, ac diligendum inuitat, atque allectat, me tibi adeo deuinctum, obstrictumq; dedidissent, ut die noctuq; nihil aliud cogitare, & meditari possem, quam ut gratiam tuam signo aliquo propensæ voluntatis pro mererer, meq; totum tibi vltro dederem, atque addicerem, nam quod attinet ad externa bona, patriæ splendore, opumq; affluentia, & generis nobilitate adeo clarus es, vt in tota Italia nemini sis secundus. Romanam vrbem patriam habes, quæ Princeps omnium terrarum ciuitas, & Illustrissimum orbis terrarum monumentum, semper fuit existimata, adeo vt quicquid honoris & gloriæ, patriæ natalisq; soli splendor afferre potest, id omne in te sit collatum, Præterea PARMENSIVM, & PLACENTINORVM, *qui populi inter cæteros Galliæ Cisalpinæ populos florentissimi sunt, potentiss. Prin-*

cipatu, atq; imperio potiris, multisq; alijs insignib. oppidis in latio imperas: genus maternũ à summis maximisq; imperatoribus ducis. fuit enim tibi maternus auus CAROLVS *Austriacus Romanus Imperator eius nominis Quintus, omnium, qui sexcentis ab hinc annis regauerunt, celeberrimus, & præ cæteris omnibus rerum gestarum laude clarior atque illustrior, Auunculum habes* PHILIPPVM *Hispaniarum regem potentissimum, qui liberalitate ac munificentia, omnes quorum memoria extat principes regesq; superat, cuius potentia, atque authoritate totus Christianus orbis pacatus optatissima placidissimaq; pace fruitur, & in summa tranquillitate viuit. Mater est* MARGHARITA *Caroli V. filia, tanto patre digna, & admirabili castitate illustris, quæ coniunctã cũ iustitia prudentiam ita adepta est, vt Belgæ, quib. multos iam annos regendis, & gubernandis, regias vices obtinens præfecta est, eam mirifice venerentur, & diligant. Paterni autem generis tui summa est nobilitas, summusq; splendor, cuius tanta est celebritas, vt superiorem habeat neminem, nemo est. n. qui nesciat te ex antiquissima, & illustri Farnesiorum stirpe, prognatum esse, qua in familia summi maximiq; heroes semper floruere, immortali gloria dignissimi: præcipue autem proauus tuus ante pontificatum, nomine* ALEXANDER, *postea* PAVLVS *nuncupatus, pontifex maximus, eius nominis*

 Tertius

Tertius, qui summa eruditione rerumque humanarum, & diuinarum cognitione praeditus, ac morum praestantia atque integritate, & sanctitate ornatus. studiosos omnes, & bonarum, ac liberalium artium scientia praestantes, ita studiose coluit, tantiq; fecit, ut amplissimum caetum Cardinalium, doctis eruditisq; hominibus, mirum in modum auxerit, amplıauerit, & ornauerit, is admirabili virtute atque integritate praeditus, summo concordiq; patrum omnium consensu ad summi pontificatus apices euectus, tanto imperio dignissimum se esse ostendit. nihil enim sanctius duxit, quàm vt Italiam diuturno, atque intestino bello flagrantem, paci optatissimae restitueret. nec vllo labori pepercit, senio iam confectus, nec vnquam quieuit, donec consilio, & eius authoritate, ac prudentia, duo potentissimi reges, qui inter se de Insubrum imperio obstinatissimis animis contendebant, ab armis discesserunt, & pax ac tranquillitas Italiae reddita est. qua tandiu potiti fuimus, quandiu ipse vixit: eam enim a se introductam, violari nunquam passus est: quamuis atrocissimis iniurijs vexatus, summam belli gerendi occasionem non semel nactus fuerit, cuius exemplum, si eius in imperio illo successores, imitati fuissent, qui nulla aut leuissima ex causa, interdum etiam adumbrato, & quaesito colore, dum rebus nouis student, potentissimos reges, ac principes Italicos, ad discordiam, atque ad dissensionem concita

re, armis iuuare, & omnia permiscere non dubitauerunt, totam Italiam, totum denique Christianum orbem, funesto bello flagrare toties non vidissemus, non Gallias ardere bello, non vrbes diripi, atq; incendi, agrosq; vastari, intellexissemus; classe Barbarica Italiæ oras maritimas infestari, aut colonos in durissimam seruitutem asportari, deorum templa, atq; aras spoliari, & nefandis stupris funestari non audiuissemus. Sed hæc missa faciamus, quorũ acerba recordatio etiã barbaris, hostibusq; ipsis, lachrymas extorquere potest; redeamus ad summum illum põtificem proauum tuum sempiterna gloria, & immortali laude dignissimum, qui pace confecta, vrbem magnificentissimis ædificijs ornauit; operibus munitionibusq; sepsit; senatum ecclesiasticum sanctissimis, ac pietate, religione, & doctrina insignibus viris auxit, & exornauit, dei optimi maximi cultum ampliauit, & pietatis, ac religionis plenus, commissum sibi gregem, sanctissime rexit, & in Rempub. Christianam omni cogitatione, & cura incubuit, suasq; omnes curas, & cogitationes in eam contulit, cumq; optime sciret pestiferas hæreses totam fere Germaniam occupauisse, & contagione quadam in Galliam, atque in Britanniam irrepsisse, & in dies serpere, ac manare latius, huic pesti, vt occurreret, & vt quantum in se erat, errantes ad recte fidei scopum deflecteret, & insanos ad sanitatem, & ad veram dei optimi maximi

cogni

cognitionem, verunque cultum, redigeret, concilium œcumenicum Tridenti indixit, ad idque omnes reges ac principes Christianos inuitauit, pastores ecclesiasticos omnes, ac prælatos coire iussit, omnibus liberum accedendi, & discedendi, & quid de quaque re, & de quouis religionis nostræ instituto sentiret, differendi arbitrium, atque potestatem concessit, sperans hac ratione, tanti mali, tantæq; contagionis fibras, & radices euelli tolliq́ue posse, sed morte, sibi non immatura, Reipublicæ tamen Christianæ importuna interceptus, finem, quem optauerat rebus inchoatis afferre non potuit, Auus autem tuus Princeps clementissime PETRVS ALOYSIVS Parmensium, & Placentinorum Dux Primus, bello & pace clarus, & iustitiæ cultu illustris qui nisi immatura morte interceptus fuisset vtranque ciuitatem, artificijs egregijs, liberalibusq́ue studijs mirum in modum auxisset, & instruxisset, Immortali gloria dignus, ob id quoque gloriosus semper habendus est, quòd prolem generosam edidit, atque propagauit, qua, ætate nostra nulla est illustrior, nulla ingenij fœlicitate præstantior, nulla animi magnitudine, et excelsitate admirabilior, quotquot. n. genuit liberos, quos multos suscepit, oẽs imperio maximo digni habiti sũt, oẽs heroes, oẽs semidei, summis regib. affinitate cõiũcti, et regalibus dignitatib. ornati, inter quos mirifice excellit Alexã. Farnesius patruus tuus

cuius

cuius summa grauitas cum singulari comitate coniuncta, eum ab omnibus venerari, & diligi cogit, quem si, vt speratur, ad summi pontificatus fastigium ascenderit auum quem nomine refert rebus præclare gestis, & gloria superaturum, aut certe æquaturum nõ ambigitur. Is quippe ille est, qui à ludo atque à pueritiæ disciplina in amplissimum Cardinalium cœtum cooptatus in tractandis, atque gubernandis pontificalis imperij rebus consilio, & opera auum semper adiuuit, & curas leuauit, quo factum est, vt experientia ac longo vsu rerum gestarum, atq; exercitatione prudentissimus factus, post aui mortem casus aduersæ fortunæ, quæ domum illam indignissime vexauit, sapienter ferre potuerit, & in rebus asperis dignitatem retinere, & pericula, quæ vndique intendebantur, propulsare: cuius virtute, & magnanimitate, ac prudentia, quicquid splendoris, & amplitudinis, domus habet Farnesia, acceptum ferri iure merito potest, is denique ille est, qui post aui mortem, ea valuit authoritate in senatu pontificali, vt nemo ad pontificiæ maiestatis fastigium, nisi quem ipse elegerit, ascendere potuerit. Quid de RAYNVTIO, *ipso quoque patruo tuo, & Cardinali amplissimo, loquar? qui vix pubes factus, dignus bonorum omnium consensu iudicatus est, qui in amplissimum Cardinalium ordinem ascriberetur. Is optimarum rerum cognitione, & philosophicæ disciplinæ exercitatione*

am-

animum ita semper excoluit, & bene viuendi artem ita calluit, vt nemini vnquam nocuerit. quam pluri mos beneficijs sibi deuinxerit, is quandiu vixit grauissimam personam semper sustinuit, & tam pie, tam sancte vitam traduxit vir summa integritate, atque innocentia præditus, vt Cardinalis sancti Angeli nomine, merito fuerit insignitus. Sed ò fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam, vir iste nunquam satis laudatus, in quo spes omnis Reipub. Christianæ erat collocata: quiq; futurus esse sperabatur angelicus Pastor, ille, nobis antiquorum patrum vaticinatione, & oraculis promissus, quo regnante, barbari omnes, & diuersorum deorum, seu dæmonum cul tores, ad orthodoxam fidem, religionemq; nostram, certatim sunt conuolaturi: ita vt fiat vnum ouile, et vnus Pastor; dum hæc scribo, acerbissima, & immatura nobis ereptus est. quod luctuosum suis, acerbum patriæ graue omnibus bonis fuit. Quanquam autem Princeps sapientissime scio fieri non posse, vt patruo amantissimo, & summæ expectationis viro, orbatus non commoueare, tamen vt prudens es, & forti animo atque constanti præditus, puto medicina non eges, sed te ipse consolaberis, cum memineris eum hominem, natum esse, & ea lege natum, vt, quod omnibus commune est, mori oporteret, illiq; nihil mali accidisse, qui corporis custodijs, quasi è carcere liberatus, euolauit in cælum, vbi æuo fruatur sempiterno.

Nunc

Nunc abiecto mœrore trāseamus ad OCTAVIUM *patrem tuum Parmensium, & Placentinorum Ducem inclytum, qui tot principibus uiris regulisq; imperat, quot fere nemo alius Rex. Is politioris humanitatis et communium literarum peritissimus, et in re militari exercitatissimus, domi forisq; inclytus, et omnium qui hodie regnant clemētiss. quiq; nihil unq; sanctius duxit, q̄, inopem habere fiscum, et opulentis imperare ciuibus. cuius laudes, et præclara facinora si recensere velim, non epistolam, sed cōmentarium longumq; volumē conscribere oportebit, quod nō est instituti nostri: nec minoris operæpretium esset* HORATII *Farnesij patrui tui ducis magnanimi, et fortiss. qui ab Henrico Galliarū rege gener ascitus, et opulento regno donatus intēpestiua morte sublatus oībus triste sui desideriū reliquit. Nūc ad te verba conuerto princeps magnanime, qui tā illustri è stirpe prognatus, et maximis opulentissimisq; fortunæ donis ornatus, et elegātiss. forma ac corporis habitudine opt. præditus, in quem deniq; dij immortales, quæ ad bene beateq; viuendum necessaria atq; opportuna esse perhibentur, summa oīa contulerunt. Incredibilis aūt et propè singularis, et diuina uis ingenij tui, ea est vt cum adhuc puer esses, supra ætatē saperes, vidi ego te cursu, luctando hasta pila, arcu, deniq; iaculādo, equitādo, saliēdo quotidie corpus exercere, nullā diem, nullum temporis punctum uacuū exercitatione honesta*

vnq;

vnq; præterire passus es, cum enim Rege salutata latinis literis multũ temporis tribuisses, reliquum tempus cuiusq; diei, ita erat diuisum, vt in musica addiscẽda & multarum linguarum peritia consequenda, nõ nihil operam dares, reliquum in corporis honesta aliqua exercitatione consumeretur; alumno, & educatore IVLIANO Ardinghello equite pontificio gnaro, et prudente viro nunq̃; satis laudato, quo factum est ut cum nondũ ex ephebis excessisses, omniũ oculos in te cõuerteris, omnes in summã tui admiratione traxeris, atq; incredibilẽ spem expectationẽq; tui dederis, nec fefellit expectationem exitus, nam hisce artibus animũ auunculi regum omniũ maximi ita tibi deuinxisti, vt te in charissi. filij semper dilexerit loco, & præter filiũ, quem unicum habet, quiq; auum nomine, et virtutibus referre existimatur, neminem te ipso habeat chariorem: neminem maiori honore dignetur; Te enim præter ius cognationis quo estis colligati, etiam affinitatis vinculo sibi obstrinxit, cum Lusitaniæ regis filiam sibi consanguinitatis iure coniunctam, tibi in matrimonio collocauit, fœminam quidem eximia pulchritudine præstantem, & sanctissimis moribus, & admirabili prudentia, & pudicitia ornatam omnium denique fœminarum præstantissimam, & opulentissima dote locupletatam, quanta maximis regibus nunquam fuit constituta, te præterea unum admiratur Rex ille omniũ maximus & potentissimus,

vt facile sperare possimus eum quandoq; , cum viri-lis ætas aduenerit, tibi summã rerum Italicarum regẽdarum, & tractandarum delaturum, teq; belli, et pacis arbitrum constituturum: nunc libet exclamare fortunatam tunc futurum Italiam, et fortunatã tempora, quæ te moderatorem æquissimum ac benignissimum nacta fuerint. fortunatissimos autem! & terquaterq; beatos futuros arbitror, Parmenses, & Placentinos, qui eum principem summo deorum beneficio, nacti fuerint, quem qualem ve vix sperare, aut desiderare potuissent. tanta enim in te summæ benignitatis, & beneficentiæ ac clementiæ vis eluc et, tãta magnanimitatis, & Iustitiæ, ac prudentiæ signa apparent, vt facile sperare possimus te, cum matura iam ætate, post longæuam optimi maximiq; parentis vitam, clauum tanti imperij tenere, & gubernacula tractare cœperis, te ita recturum esse, ita Imperaturum, vt pacata omnia, & tranquilla, in regno tuo sint futura: teq; quasi parentem patriæ ciues omnes sint obseruaturi, & summo cultu summaq; religione veneraturi. Quamobrem Princeps magnanime, cum ipse talis tantusq; sis, & tantis parentibus ortus tantoq; imperio, deorum immortalium numine atque potestate præpositus. & tot tantisq; virtutibus ornatus splendescas, sisq; mihi dominus et Rex & maxima in me beneficia contuleris, quis non uidet me summa cum ratione, te vnum delegisse, quem

colam

colam, quem venerer, quem adorem, cui studia omnia mea, laboresque meos, dedicem & consecrem: quis non videt me summæ ingratitudinis, & impietatis notam effugere non posse, nisi signo aliquo testatum manifestumq; faciam, me, quam non possum referre gratiam, habere tamen, et memoria colere sempiterna. Itaque commentarium hoc ad Rubric. de verborum obligationibus *ascriptum, in quo artis nostræ principia quædam, aliter atque cæteri fecerint explicantur, & ad ciuilem sapientiam recte percipiendam iter sternitur, amplitudini tuæ dono, & dedico atque consecro, quod non persoluendæ gratiæ causa; sed veluti quoddam propensæ erga te meæ voluntatis argumentum, & mirifice erga celsitudinem tuam obseruantiæ monimentum certissimum, dedicandum consecrandumq; putaui: quod obsecro & obtestor hilari vultu suscipe non muneris tenuitatem, sed animi mei ad te colendum ardorem præoculis habens, meq; in numero dedititiorum tuorum quantuuis humilium habere dignare, & ut soles protege, fœliciter vale. Pisis Nonis Nouembris Anno salutis* M D L X V.

IN CAMILLI PLAVTII iuriscon. clarissimi laudem.

Constantij Landi Comitis Placentini Carmen.

PLAVTIVS hic aperit qui iuris sensa diserte,
Pondere quiq; aequo singula uerba notat
Qui nouit quantum referat sit scripta latine
Lex, in qua uerbi maxuma uis lateat,
Explicat his chartis cunctis incognita seclis,
Cymerijs lucem & separat a tenebris
Namque hic naturae docet obligatio quid sit,
Et quid sit paucis Regia nota manus
Nunc constitutum, nunc pollicitatio spectat
Lucem, erepta altis hoc duce de tenebris
Fortior hic igitur dicendus, & Hercule maior,
Hydras qui solo confodit ingenio,
Hunc emito librum iuris studiose, uidebis
Hinc quantum mendax Bartolus, & reliqui.

Ad Camillum Plautium iurisconsultum clarissimum.

Ascanij Mocioni Mediolanensis Carmen.

EXimie interpres legum, cui Pacton Plauti.
Assiduo, studijs uirides florentibus annos
Exercere tuos, iurisque subire laborem

Insuetum placuit, pondus dum pulchra sub æuo
Feruenti potuit durum perferre iuuentus
Sedibus ut placidis ætas longæua quiescat,
Nec gemat ipsa dies male lapsos tarda senectus,
Quàm meminisse iuuat nunc? jam fecere coronam,
Floribus insertam uarijs, lauroq́; Napææ,
Quæ tibi perpetuum nomenq́; decusq́; reponit,
Iamq́; per ora uirum uolitat uirtus tua, honosq́;
Mox tibi digna tuis meritis dij præmia reddent.

Ad eundem eiusdem carmen.

Consultißime, & omnium uirorum
Humanißime quot fuere PLAVTI,
Quot sunt, quotq́; alijs erunt in annis,
Ten? sat carmine prædicare poßim?
Quo non est melior, peritiorq́;
Nec certè uideo elegantiorem
Nec certè inuenio benigniorem,
Hinc te non minus, ac me, amare cogor.
Et plus, si fieri id potest, nec unquam
Expleri mi animus potest amando,
Nam mores lepidi tui, & lepores
Vetus nobilitas, decora uultus.
Forma, atque ingenium, eruditioq́;
Necnon & probitas, fidesq́; rara,
Obstringunt tibi me perenni in æuum.

HOC

HOC OPVS IN OCTO LIBROS diuisum est, & breuiter continet in infrascriptas conclusiones.

Primus liber continet infrascripta.

Liber Secundus continet infrascripta.

Liber Tertius continet infrascripta.

Liber quartus

Liber quintus.

Liber Sextus.

Liber septimus. De pollicitatione.

Liber octauus.

FINIS.

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI *Fontanellatensis*

COMMENTARIORVM Ad Rubric. ff. De verborum obligation.

LIBER PRIMVS.

De obligationibus Iurisgentium, & de manu Regia. Caput primum.

VERBORVM *obligationis laudes, & utilitas. nu.1.& 2.*
Exordiri altè interdum non uitiosum. 3.& 4.
Veritas præ omnibus rebus colenda. nume.5. 6.& 9.
Veritas opinioni multorum præualet. nu. 6.
Labeo multa innouare instituit fiducia doctrinæ. nu.7.
Opinioni communi præualet opinio unius melius fundata.nume.8.
Malè iudicanti pœna proposita.nu.10.
Iudicans contra communem facit litem suam.10.
Fallit quando opinio contra communem est melioribus rationibus munita.11.

Fallit quando secundum opinionem sui præceptoris iudicauit.num.12.

dummodo sit celeber doctor.12.

Præceptoris opinio etiam falsa, & contra communem excusat discipulum à syndicatu.12.

1 MATERIAM verborum obligationum nemo est qui non pleno ore commendet, ac summis laudibus extollat. Inter cæteros autem Raph.Cuman. tractatum hunc scitu notatûque dignissimum arbitratur, eumq; esse qui subtilitatis pondere, & vtilitatis vbertate oẽs alios superet: quippè, qui contractui cuilibet adnecti applicariq; possit, & omnibus conuentionibus adijci. Nullus est enim contractus, nulla est cõuentio, quæ non in stipulationem deduci possit.l.i.§.conuentiones. Infrà eo.l.si stipulatus.ff.de vsur.l.i.ff.de noua. Quod etiam hoc loco tradit Ias.qui deinde subijcit tãtam esse huiusce contractus frequentationem, vt ex generali consuetudine tabellionũ, contractus omnes de quibus instrumentum conficitur, in stipulationem deducantur, vtpotè in solidiorẽ firmioremq; contractum. iuxta tradita per Bart.in.l.ij.propè fi. ff.de cond.ob caus. Huncq; præ ceteris omnibus firmissimum esse contractum. trad. Cyn.in.l.si ex pretio.C.si certum petatur.

2 ¶ Amplius scribit Besut, propè fin.hoc loco, in tractatu isto contineri contractuum omnium materiam: adeo, vt qui huiusce tractatus materiam rectè callueris, iure meritò Iuriscõsult, optimus possit

ſit appellari. Quod etiam refert hoc loco Iaſ. col. i. in princ. Et alij omnes uno ore materiam hanc uerborum obligationum, & vtilitatis, & frequentationis ratione, in cælum extollunt.

3 Alacri igitur animo, auditores chariſsimi, accingamur omnes ad ſtudia, & operam demus ſedulò, vt in ea proficiamus doctrina, quæ & inſignes Iuriſcõſultos nos effectura eſt, & nobis opes multas, & honores magnos eſt allatura.

Doctores, videlicet Bal. Nouel. & Soc. & Moder- gemino, vt dicitur, ab ouo, & ab origine mundi exordiuntur, contra Horatij præceptum, eum damnãtis, qui Troianum bellum gemino exorditur ab ouo. Quod inſtitutum, vt potè nihil, aut parum ad rem pertinens, improbat hoc loco Crot. in princi. & Hiero. Butigel. & omittit Bulgarin. & Molin. & alij nonnulli.

4 ¶ Ego, tametſi is ſum, qui non facilè ſoleam à propoſita materia digredi, aut ad rem impertinentia aduehere, & inculcare: tamen, quia hęc, quę à recẽtioribus tractantur, ſunt principia quædam artis noſtræ, à quorum ignoratione, atque inſcitia, aut falſa traditione, propemodum infiniti, & maximi errores gignuntur, & profluunt, & raró, aut nunq̃ in lectionibus ordinarijs eorum tractandorum locus detur, ea non eſſe omittenda duxi. Nec mihi vitio datum iri exiſtimo, ꝙ rem tractauerim, cuius inſcitia atque ignoratio magnorum errorum tenebras nobis afferre poſsit: & in multis maximisque rebus decipi, ac falſa opinione duci, nos cogat.

5 ¶ Pergam igitur: & aliorum veſtigia ſequutus, principia artis noſtræ in hunc locum, ab alijs congeſta ita tractabo, vt quoad per me fieri poterit, in tantis tenebris erroris & inſcitiæ, lumen aliquod

prætuliſſe dicar: & cæteris veritatis inueſtigandæ anſam, occaſionemq́ꝫ, prębuiſſe: qua comperta mẽtes hominum prauitatis erroribus imbutæ, falſis opinionibus ſeſe duci diutius non patiantur. Multa.n.in medium ſum allaturus, aut noua, aut paucis cognita, quæ, non contradicendi ſtudio, nec captandę glorię cauſa, ſed veritatis patefaciendę gratia: quam mihi præ omnibus rebus colẽdam propoſui: longo ſtudio, diuturnisq́ꝫ vigiliis, & aſsidua
6 legum ipſarum lectione, comparaui. ℂ Quicquid tamen dixero cęterorum præceptis, & doctrinæ, diſsimile, aut diſsentaneum, benigni lectoris, & veritatis cupidi, iudicio ſubijcio: paratus: ſi contrarium verius eſſe proba ratione fuerit demonſtratum, pati, vt mihi error eripiatur. Non.n.ita me delectãt mei errores, vt falſas opiniones veritati præferendas eſſe contendam. Sed nec apud me tãti eſt multorum authoritas, nec tantus vetuſtati honos habendus videtur, vt ſola authoritate plurium, & vetuſtiorum doctorum ducti, veritatis ſtudium abijciamus, & falſis opinionibus imbuti, in tenebris inſcitiæ, atq; in maximis erroribus verſari nos de-
7 lectet. ℂ Præſertim, cum & Iuſtinianus ipſe nos ad moneat, non ex multitudine authorum quod melius ęquiusq́ꝫ ſit, iudicandum eſſe, cùm poſsit vnius, forſitan etiam deterioris, ſententia, multos, & maiores ſuperare, l.i.§.ſed neque ex multitudine. C.de vet.iure enucl. Et labeonis celeberrimi Iuriſconſulti exemplo docemur, & licere, & glorioſum eſſe ab antiquorum præceptis doctrinæ fiducia & veritatis ſtudio, deſciſcere & innouare multa, l.ij.§.
8 poſt hunc verſi.hi duo.de orig.iur. ℂ Quin & doctores ipſi, qui veterum & multorum authoritati plurimum tribuunt, & à receptis ſententijs recede

re,

re, quodammodo nefas esse arbitrantur, vno ore, & nullo dissentiente fatentur, pauciorum, atque etiam vnius tantum sententiam, melioribus rationibus subnixã, cęterorum omnium cuiusuis multitudiuis opinioni, in ferendis iudicĳs, & responsis dãdis esse pręferendam. Innoc. in. c. ne innitaris, de const. Io. And. in. c. i. e. ti. Bar. & Bal. in. l. ĳ. C. de pœ. Iudi. qui male iud. trad. Abb. in. c. i. de const. post alios antiquiores. Idẽ probat Abb. in. c. capellanus, ex illo textu motus, de ferĳs. Idem Abb. in. c. ex literis. i. de sponsi. & in. c. iĳ. de censib. & Dom. in. c. i. colum. i. in. iĳ. no. de sum. tri. Idem trad. Bal. in. d. c. i. §. iudices. & Abb. in cons. i. in fi. lib. i. & in. c. tua nos, col. ĳ. ver. nota bene de vsur. & in. c. prudentiam in prin. in. iĳ. no. de off. deleg. & Ang. in consil. cx. col. vi. & Fel. in. d. c. i. col. pen. de cõst. vbi multa cumulat in hanc sententiam. Alex. in cons. xcv. nu. 5. & 6. lib. ĳ. & in consi. x. in prin. nu. 9. lib. i. & consil. cvĳ. nu. 15. lib. iĳ. & consi. xlĳ. nu. 21. lib. i. & consi. vĳ. nume. 8. lib. iiĳ. Dec. in. d. c. i. col. pen. num. 29. Et hanc probat tex. in d. l. ĳ. §. post hunc. vers. hi duo. de origi. iur. & in d. l. i. §. sed neq; ex multitudine. C. de vete. iure enucl. & ibi gl. tex. in. c. capellanus, de ferĳs.

9 ¶ Quæ limitatio ab omnibus recepta & commendata, aut abolenda est omnino, & è libris iuris nostri abradenda, aut imperitis illis silentium est indicendum. & pudor incutiendus, qui tardo atque hebeti ingenio prędititi, nõ quid ratio, Iurisq; æquitas velit, inquirunt, sed in sola anthorum dinumeratione, & nomenclatura, otium, tempusq; conterunt, & nihil vnq̃ in ore habent, q̃ iudicando, & de iure respondendo, sequendas esse communes, & receptas plurium sententias. Sed nos sinamus eos in illa rerum ignoratione & in erroribus illis versari,

quos quasi cum lacte nutricis suxerunt; quibusq; adeo sunt imbuti, vt eos deponendi, abijciendique spes nulla superesse videatur. Nos veritatem amplectamur, & colamus, vt aliquando iuris sacerdotes appellari mereamur, vt in.l.i.ff.de iust. & iure.
10 ¶Nec vos terreat perperam iudicantibus pœna proposita, de qua in Instit.de obl.quę ex quasi del. nasc.in princ.Bar.in.l.i.C.quomodo & quando iudex, Bal.in auth.statuimus.col.i.C.de epis. & cleri. Bar.in.l.vlt.ff.de var.& extraord.cogn.Alex. in.l. iiij.§.in eum.ff.de dam.infe. In quorum numero reponi solent hi, qui aduersus receptas, & approbatas opiniones, sententiam tulerint.ut scribit Io.Mona.in.c.cupientes.§.denique, de elect.lib. vi. Bar.& Bal.in l.ij.C.de pœn.iud.qui ma. iudi. Innocent.in.c.i.& in.c.ne innitaris de const.& ibi Io. An.in nouel.glo.in Instit.de oblig. quę ex quasi delict. nasc. in prin.Bal.in.l.pręcibus.C.de impub.Corn. in cõsil.clxxxvi.lib.iij.& in consi.lv.lib.ij.Bald.in.l.i.ff. de questor.& in.l.i.ff.de senat.Alex.in.l. prolata.ff. de re iud.& in d.l.ij.C.de pœna Iud.&c.
11 ¶Respondeo id fieri oportere in dubio, non aliter & ita loquuntur Fel.& Dec.in.d.c.i.de constitu.& hoc communiter tenetur, vt dixi. Et sic s̃m cõem iudicat, qui spreta plurium opinione, pauciorum sententiam sequitur, iuribus & rationibus melio-
12 ribus munitam. ¶Solet etiam præceptoris authoritas etiam errantem excusare.l.dicere.vers. & Sabinus.ff.de arb.l.an manumittere.ff.de man.vind. trad.Abb.in.c.i.col.vij.ver.sed vide de postul.prælat.& Tho.Ferat.in cau.xxxi. post Fel.in d.c.i.col. vlt.ver.quinto nota.de constit.And.Sicu. in Rub. de fide instru.Amad.de Synd.in glo.Item in eo q̃d plures innocentes, ver.& idem si iudicat contra cõ
com

munem. & Bolog. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. colum. xxij. numero. 148.

13 Moneo tamen & hortor, ne quisquam tantam præceptorum sententijs adhibendam putet reuerētiā, vt eas amplectatur, spretis maiorum opinionibus nisi perspicua ratione, & manifestis argumētis probari animaduerterit: præsertim si quis imperitū, & obscuræ famæ magistrum nactus fuerit, meminerit eius opiniones nihil discipulo suffragari. vt scribit Bal. in. l. filium quem. C. fam. erc. Quod magni facit, & probat And. Sicu. in. c. i. col. lvi. de constit. & Bolog. in. d. auth. habita. col. xxij. nu. 148. qui propterea hortantur scholares ad eligēdum famosos præceptores, vt eorum opinionibus nitentes tuti esse posint.

Nunc ad rem & ad institutum reuertamur: & præfationibus omissis verborum obligationū materiam prosequamur: quam sequentibus capitulis explicandam reseruo.

CAP. II.

Obligatio omnis aut naturalis est, aut ciuilis. nu. 1.

Ciuilis obligatio prætoriam continet. nu. 1. & 2.

Naturalis obligatio duplex. nu. 2,

Obligatio ad antidora modici momenti. nu. 3.

Natura docemur gratiā referre ijs, à quibus beneficiū accepimus. 2.

Obligatio ad antidora non arctat ad soluendum. num. 3.

Obligatio naturalis de fide seruanda efficax est. nu. 4. uario tamen modo, Nam interdum parit actionem interdum exceptionem. 4.

Naturalis obligatio lege cōprobata actionē parit. n. 5.

si non sit confirmata parit exceptionem. 5.

Naturalis obligatio de fide seruanda ex iuregentium descendit.num.6.

nascitur interdum sine consensu ex equitate. nu.6.

Fides humana an s m Stoicam seueritatem implēdā.n.7

1 PACTVRVS interpretationem obligationis verborum, à naturali obligatione, & à iuregentium, quasi à cunabulis iuris nostri initium faciā recentiorum Doctorum ordinem sequutus.

In primis itaq; scire oportet obligationem oēm aut naturalem esse, aut ciuilem. l. si fideiussor. ff. de cond. indeb. l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi ff. de fideiussor. l. stichum. §. naturalis. ff. de sol. Ciuilem intelligo ex quacunque parte iuris ciuil. fuerit instituta, aut recepta: Inter quas est ius prætorium. l. Ius autem, cum. l. seq. ff. de iust. & iure.

2 Huiusmodi obligatio distinguitur in ciuilem & prætoriam. Insti. de obl. §. i. de qua nūc tractaturus non sum. Naturalis & ipsa duplex est, Bart. in. l. ex hoc iure col. iij. nu. 9. de Iusti. & iure. & ibi doct. Coras. in. l. frater à fratre. col. i. nu. 5. ff. de cond. ind. Bal. Nouel. hoc loco col. ij. num. 9. & cæteri recentiores. Alex. consi. lxx. nu. 18. lib. ij.

Altera est quæ ex humanę naturę instinctu proficiscitur qua. s. mouemur ad parem gratiam referendam his, à quibus beneficio aliquo affecti fuerimus, de qua in. l. sed & si lege. §. consuluit, de pet. hęred. & in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. ind. & in. l. si vero non remunerādi. §. Inde papinianus. in fi. ff. mand. l. si ex testamento. §. i. vbi gl. & Bar. ff.

de

de fideiuss. vide Bar. in. d. §. consuluit. Glo. Bar. Pau. Cast. & Ias. in. d. l. ex hoc iure. Fel. in. c. ad nostrã. de proba. & in. c. cum essent. de simon. in fi. Coras. in. l. frater à fratre. col. iiij. in fi. nu. 28. de cond. inde. Bart. in. l. i. §. ius naturale. nu. 68. & 69. ff. de iustit. & iure. & numero 58.

3 Hęc obligatio modici est momenti in iure nostro, nec quemq; inuitum ad remunerãdũ arctat, nisi in casibus certis, quibus iure ciuili ad necessitatis pręceptum redacta est. gl. in. d. §. cõsuluit. Bar. in d. l. ex hoc iure. col. iij. in fi. ver. oppone iterum, nu. 11. & de iust. & iur. & col. iiij. post prin. eo. nu. & ibi Ias. col. xiiij. in prin. & Bar. ĩ d. l. si nõ sortem. §. libertus. col. i. ante fi. nu. 7. & col. ij. nu. 10. ff. de cõdi. ind. & Mod. hoc loco, præcipuè ver. col. v. nu. 18. & 20.

4 Altera est obligatio naturalis, quæ ęquitate fidei seruandæ innititur, & ex ratione naturali proficiscitur: quæ solis hominibus est communis, & eorum propria; vt scribit Bar. in. d. l. ex hoc iure col. iij. in fi. & iiij. in prin. nu. 11. de qua æquitate loquitur tex. in. l. i. ff. de const. pecu. & in. l. i. ff. de pact. & ex cõsensu nascitur. d. l. i. §. i. l. ij. ff. de act. & obligat. l. iij. eodem titulo.

Hæc efficax est, vario tamen modo; Interdũ. n. ad actionem prodest, interdum ad exceptionẽ tantum. l. stichum. §. naturalis. ff. de sol. l. fideiussor. §. fideiussor accepi. ff. de fideiuss. l. cum amplius. §. is natura, de reg. iur. l. naturalis. ff. de act. & ob. l. Iurisgẽ

5 tiũ, in prin. ff. de pact. ¶ Qua in re cõcludit Bar. naturalem obligationem à lege comprobatam plenum habere effectum. l. legitima. ff. de pact. Inst. de oblig. §. i. Si vero lex nõ comprobet, parit effectum retẽtionis & exceptionis. l. iurisgẽtium. §. igitur nuda. ff. de pact. l. etiam. ff. de compensationibus l. unica. C.

ca.C.etiam ob chyrographi. pecu.d.l.fideiussor.§. fideiussor.ff.de fideiuss.l.i.cum ibi no.ff.de cōd.inde.Ita Barto.scribit,in.d.l.ex hoc iure.col.iiij.circa med.ver.est,& alia obligatio,nu.11.ff.de iust.& iu.

6 Huiusmodi naturalis obligatio commercijs apta profecta est ex iuregentium.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu.l.stichum §.naturalis.ff.de sol.l.cum amplius §.is natura,de reg.iur.l.si id quod.ff.de cōd.indeb. Bar.in l.frater à fratre,col.vi.ante fi. nu.26.eo.ti.& in l.si non sortem §.libertus.co.i.ante fi.nu.6.eo.ti.& in d.l.ex hoc iure,co.iiij.post med.nu.12.ff.de iusti.& iu. Et hæc non solùm ex consensu nascitur, sed etiam ex æquitate,quæ consensu careat: veluti ne quis cū aliena iactura locupletetur.l.nā hoc natura,ff.de cōd.ind.l.iure naturę,de reg.iur.Ita tradit Bar.in d.l.frater à fratre col.vi.in fi.nu.29. & in l.Iulianus,col.vi.prope fi.nu.26.& 27.ff.de cōdict. indeb.& alibi sæpe Doct.

7 Hę sunt conlusiones communiter à Doct.receptę & approbatæ: Nō defuere tamen,qui alijs distinctionibus vsi fuerint.Inter cæteros Cora.in l.frater à fratre.col.ij.iij.& iiij.ff.de cond.indeb & Fortun. Garz.qui mirabilia scribit,in l.i.§.ius naturale, de iust.& iu.qui,& in d.l.i. & in l.Iurisgentium. ff.de pact.omnia ad inflexibilem, & stoicam seueritatē reducit: cum tamen multa ex vsu docēte,plurima humanis necessitatibus exigētibus fuisse introducta,scire debuerit.§.ius autem gentium,Inst. de iure nat.gen.& ciuil. Quamobrem omissis verbosis eius commentarijs,& monasticis disputationibus quid ego de huiusmodi naturali obligatione sentiam,Iuris nostri præcepta sequutus, proximo capite explicabo.

CAP. III.

NAturalis obligatio triplex.nu.1.
Cognatio quædam inter homines à natura constituta nume.1.
Beneficio homines sese inuicem afficere natura docuit.1.
Obligatio ad antidora à natura inducta est nu.2.
Obligationis ad antidora effectus qui,remißiue.2.
Obligatio naturalis neque gentium,neque ciuili iure recepta,à nuda ratione descendens qualis.2.
Obligatio naturalis efficax ad exigendum potest largo modo ciuilis appellari, quia iure ciuili comprobata est.nume.3.
Naturalis obligatio quædam ad solam defensionem parata,numero.4.
Naturalis obligatio omnis an sit efficax iuregentium.4 quòd sic secundum Doct.ego contrà. nu.4.5.
Naturalis obligatio, siue actionem pariat, siue excep. tantum,ex iuregentium instituta fuit, non in sola ratione consistens.6.
Commercia & obligationes eodem iure, quo & bella, prodierunt.6.
Commercia & obligationes ex constitutionibus hominum institutæ,non natæ.7.
Naturali ratione dictante iusgentium constitutum.7.
Naturalis ratio non sufficit ad iusgentium cõstituendũ, sed usus omnium requiritur.nu 7.aut constitutio.
Iusgentium non eodem tempore constitutum. nu. 8.
Iusgentium non ex sola uarietate temporum distinguitur.

tur, sed ex hoc, quòd primum ratione dictante, secundum contra naturam ob necessitates fuit introductum. 8.

Seruitus ex secundo iusgentium introducta est cōtra naturam. nu. 9. 10.

Seruus capax naturalis obligationis inductæ ante seruitutem, 9.

Merum Iusgentium dicitur, quod non ex ratione, sed ob necessitatem fuit inductum. 10.

L. si id, quod. ff. de cond. indeb. nu. 10.

Seruus dominum obligatum habere potest ex primo Iuregentium. nu. 10. 11.

Ratio naturalis non omnis fuit conuersa in obligationem. 12.

1 QVID senserint Doctores de naturali obligatione, capite prçcedēti fuit tractatum: Nūc quid ego sentiam explicari oportet. Itaq; existimo ego naturalem obligationem tripliciter cōsiderari posse.

Prima est obligatio naturalis, tantùm ratione naturali subnixa: quę tamen neque gentium, neque ciuili iure recepta est: & hæc parui solet esse momēti, veluti ad remunerandum obligatio. Cum enim inter nos cognationem quandam natura cōstituerit l. vt vim, de Iust. & iur. consequēs est, vt mutuo nos amore ac beneuolentia complecti, & alter alte
2 ri adiumento esse debeamus, d. l. vt vim. ¶ Præcipuè autem illis deuinctos nos esse oportet, & ad remunerādum obnoxios, à quibus beneficio aliquo fuerimus affecti. l. sed & si lege. §. consuluit, ff. de pe. her.

hær.l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond.indeb.l.si vero non remunerandi.§.Inde Papianus, in fine.ff. mand. Qua spe plerunque fallimur.l.dedi.§.si quis quasi,ver.quanq̃.ff.de cond.ob cau. de cuius obligationis effectu vide Iason.in d.l.ex hoc iure.Et in hoc conueniunt omnes. Quo in articulo comprehendi possunt omnia,quęcunque nuda ratio naturæ humanæ suadere videtur,quæ tamen neque gẽtium iure,neque ciuilibus præceptis fuerint recepta,quod etiam sentit Hiero.Torni. hoc loco col.i. qui sagacissime peruestigare oĩa, & odorari solet.

3 Alia est obligatio naturalis,efficax, qua Iure gentium dare nos oportet,& sic eo iure necessitate soluẽdi astringimur.l. cum amplius.§.is natura. ff. de reg.iur.de hac loquitur tex.in l.iurisgentiũ,in prĩ. ff.de pact.& in l.i.circa fi.ff.de rerum perm.& hoc quia iure ciuili fuit comprobata,potest ciuilis appellari,largo tñ mõ,&ad differentiam Prætoriarũ vt fit in.§.i.Inst.de oblig.vt paulò infrà demonstrabo,& in hoc etiam consentiunt omnes.

4 Tertia est species obligationis naturalis,quę iure gentium non est omnino efficax, & sic actionẽ nõ parit,non tamen in sola ratiõis suasione,nec in nuda animorum inclinatione relicta est: sed excipiẽdi,retinẽdiq; ius tribuit,ad solam defensionem parata,de qua in l.stichum.§.naturalis.ff.de soluti. & in l.iurisgentium.§.igitur nuda,de pact.Alex.in d. l.iurisgentiũ.§. sed cum nulla,in fi.de hac loquitur tex.in d.l.fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideiuss.&in l.naturales.ff.de act.& ob.In hoc etiam conueniũt doct.❡Sed in hoc discrepare videntur,ꝙ plerique crediderunt inspecto iure gentium, etiam nudam conuentionem fuisse efficacem,&eiusdem potestatis,cuius est obligatio ex conuentionibus nomen pro-

proprium habentibus descendens, quod ego non admitto, nec admittit Torn. nume. 14.

5 Hanc distinctionem sentire videtur Bart. in l. ex hoc iure, col. iij. circa medium, versi. est etiam alia, nu. 11. de Iust. & iure, Expressè probat Alex. in d. §. sed cum nulla. Per quam constat nõ omnem naturalem obligationem iuregentium fuisse efficacem. Et hoc mihi pbat tex. in d. l. fideiussor. §. fideiussor. & in d. l. naturales. ff. de actio. de qua re latius paulo infra tractabitur, quia longiorẽ exigit tractatũ.

6 Hæc obligatio naturalis, siue sit omnino efficax, siue solo exceptionis partu sit contenta, ex Iuregẽtium fuit instituta, & sic non soli innititur rationi naturali, sed vsu, communi omnium, aut constitutionibus iurisgentiũ fuit introducta, vt est expressum in d. l. ex hoc iure, vbi perspicuo sermone docemur, commercia & contractus iuregentium fuisse ĩtroductos, & obligationes institutas, & in §. ius autem gentium, Insti. de iure nat. gen. & ciuil. Antea non erãt institutæ, & aduertatur, quòd eodem iuregentium fuerunt institutę, quo etiam bella fuerunt introducta d. l. ex hoc iure, & d. §. ius autẽ gentium, vbi dicitur ꝙ gentes iura quædam sibi constituerunt, quod vocatur ius gentium. Et ex hoc iure omnes penè contractus sunt introducti.

7 Itaque ex cõstitutionibus hominum introducta fuerunt commercia, & obligationes institutæ. d. l. ex hoc iure, & d. §. ius autem, & non solum, emptio venditio, locatio, cõductio, societas, depositum, & mutuum, sed & alij innumerabiles contractus, iuregentium fuerunt introducti, d. §. & ex hoc iure, Inst. de iure nat. gen. & ciui. paucis exceptis, de quibus per glo. Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & sic obligationes varie & differentes inter se hoc

est

eſt ſiue omnino efficaces,& ad actionem pariendã aptæ,ſiue ad defenſionem tantum paratæ, fuerunt iuregentium inſtitutæ.

Quę omnia vſu docente, & humanis neceſsitatibus exigentibus, fuerunt conſtituta.d.§.Ius autẽ gentium,Inſti.de iure nat.&c.ergo antea non erãt in rerum natura,antequam conſtituerentur.

Fateor tamen ea naturali ratione dictante fuiſſe conſtituta.l.omnes populi in fi.ff. de iuſt. & iure. Ex quo infero non ſufficere naturalem rationem ad conſtituendum iuſgentium, niſi etiam ex vſu, & ex cõſtitutionibus id inter omnes homines fuerit receptum,de cuius effectu paulò infra tractabitur,& hoc eſt in quo à cæteris diſſentio,qui nõ habita iuris noſtri pręceptorum ratiõe,omnia ad inflexibilem,& ſtoicam ſeueritatem dirigunt: & in nuda ratione ius omne cõſtituunt,nõ ea iura: quæ conſtituta ſunt,docentes, ſed, quæ conſtitui oportuiſſe opinantur,oſtendentes.

8 Fateor etiam non vno eodemq́; tempore totum iusgentium fuiſſe conſtitutum: ſed per interualla temporum, prout vſus quotidie docebat, & humanæ neceſsitates conſtituendi occaſione præſtabant,auctum fuiſſe: vt probatur in l.i.ff.de contra hen.emp.l.an inutilis.§.vlt.ff.de acceptil. Eſt itaq; aliud alio poſterius:tamen non ex ſola temporum varietate diſtingui iuſgentium arbitror: vt paulò infra demonſtrabo.

Arbitror itaque commercia,& contractus & obligationes antea inſtitutas fuiſſe,q̃ ſeruitus introduceretur.Non enim ſtatim ortis bellis inuaſit ſeruitus:ſed ex poſt pacto,poſt interualla temporum capti in bello,ſeruari iuſsi,ſerui effecti ſunt.§.ſerui, Inſt.de iure perſo.l.libertas in prin.de ſta.hom.an-

tea

tea omnes erant liberi.l.manumifsiones in fi.ff.de iuft.& iur.& Infti. de liber.in prin.& commerciorum ac obligationum capaces. Et hęc eft obligatio naturalis,quæ etiam feruo acquiri poteft.l.fi id quod.ff.de cond.indeb.infpecto tempore,quod feruitutes antecefsit,quo tamen obligationes fuerant inftitutę,& appellatur naturalis obligatio d.l.fi id quod ad differentiam dominationis, quæ mero iuregentium fuit introducta,contra iuris naturalis libertatem & rationem d.§.ius autem gentium,inft.
10 de iure na.Non quia obligatio naturalis non fit Iuregentiũ inftituta,fed quia feruitus fuit pofterior, & ex mero iuregentium, non adiuuante naturali ratione fuit introducta,obligatio autem ipfa naturali ratione dictante fuit conftituta, prout totum ferè iufgentium.l.omnes populi in fi.de iuft. & iu. Et ita intelligo tex.in d.l.fi id,qnod.ff.de cond.indeb.quividetur naturalem obligationem à iuregẽtium diftinguere: nam diftingui debet, prout diftinguitur naturalis ratio recepta,&approbata,ab his quæ contra naturam,à gentibus funt recepte, & hæc eft ratio, propter quam acceptilationis capax eft feruus,q̃a acceptilatio naturali rationefuit à gentibus recepta,l.an inutilis.§.vltimo.ff.de acceptila.tametfi forte pofteriori tempore fuerit intro ducta, quod autem attinet ad d.l.fi id quod. ff.de condic:indeb:vt clarus eius legis fenfus habeatur, aduertite:
11 Quæritur ibi an feruo dominus obligetur & concludit eum obligari naturaliter. Ideo poft manumifsionem folutum,nõ repetitur ab eo,qui debitũ naturale agnouit,vt enim libertas naturali iure cõtinetur,& dominatio ex gẽtium iure fuit introducta: ita debiti, vel non debiti ratio in condictione

naturaliter

naturaliter intelligitur,d.l.si id quod. Intelligo.n. ego dominationem introductam fuisse ex gentiū iure.s.mero,non concurrentibus naturalibus praeceptis,ob necessitates humanas:naturalem autem obligationem ex iure naturali,hoc est,eo iure gentium,quod naturali ratione subnixū est, vt in d.l. omnes populi,in fi.quae ratio ante seruitutis inuasionem,erat hominibus insita â natura.§. singulorum,Inst.de rerum diuisio.&sic inspecta causa,na
12 turalis obligatio est anterior,q̄ seruitus & dominatio,quae ob necessitatem humanam fuit introducta,quae post naturalem rationem iam natam, fuit subsequuta,in summa ratio naturalis, est materia obligationum naturalium, quemadmodum creta,vt rudi vtar exemplo, est laterū & tegularū materia, tn̄ nō oīs creta tegula est,sʒ ea tm̄ ex qua figulus tegulam formauit, ita nō oīs ratio naturalis,est oblĩo iurisgēt.seu naturalis,sed ea tm̄,ex qua gentes obligationem formauerūt seu instituerūt,
13 quod nota,quia non sequitur,ratio naturalis hoc dictat,ergo subest naturalis obligatio loquor de illa,quę saltem parit exceptionem,nisi vel vsu, vel cōstitutionibus gentium fuerit instituta,&in hoc aliqualiter dissentio ab acutissimo Torniello, qui vsum à constitutionibus gentium separauit, quae tamen re uera sunt eiusdem potestatis,l,omnes populi,in ver.vtantur.ff. de Iust.& iu.§.i.versi. quod vero,Insti.de iure nat.gen.& ciui.in verb.vtātur, facit tex.in l.de quibus.ff.eo.tit. illud tantū quod neque vsu,neque constitutionibus gentium, fuit receptum,remansit in nudo nomine naturalis rationis,& sine obligationis vinculo, Hęc tamen pēdent à distinctione iurisgentium,de quo sequenti capite tractabitur.

CAP. IIII.

Ius gentium duplex secundum doct. nu. 1. & 2.
primæuum. s. & secundarium. nu. 3. & 4.
Ius gentium duas habet partes, alteram ex ratione, alteram ex constitutionibus secundum Bar. *nu. 6.*
Seruus capax obligationis naturalis, quæ ex primæuo iuregentium orta est: non sequentis. nu. 6.
Dominia distincta, & obligationes introductæ, & bella ex primæuo iure gentium. nu. 7.
Ius gentium non in sola ratione consistit, sed ex usu gentium concurrente ratione naturali, & sic non omne quod ratio suadere uidetur continuò est iusgentium, nisi usu communi omnium fuerit receptum. nu. 7.
Temporũ uarietas sola non distinguit Iusgentium. *n. 8.*
Ius gentium est, quod ab omnibus gentibus receptũ est, & per æquè custoditur. nu. 9. & 10.
partim ex ratione naturali sumptum. nu. 10.
partim ob necessitates humanas contra naturam inductum. nu. 11.
quod ultimum nunquam naturale dicitur, in alio cõtrà est. numero, 12.
& est secundum iusgentium, & merum. nu. 11. et 12.
Obligatio ad antidora non est iurisgentium, sed à mera ratione naturali descendit. nu. 13: & 14.
Dominatio & seruitus sunt iurisgentium posterioris, & meri. num. 14.
Obligatio omnis efficax à Iuregentium descendit, hoc est à primo. nu. 14.

Bella

Bella ex iuregentium primæuo introducta, & ex ratione naturali.nu.15.

Seruitus iuri naturali contraria, tamen ex iuregentiũ introducta.s.ex posteriori propter humanas necessitates.num.16.

Non omne, quod naturali ratione subnixum est, Iusgentium est, sed ita demum si usu communi receptum est ab omnibus gentibus.nu.16.

& peræque apud omnes usitatum non difformiter. ibi.

Ius nostrum ex Iure gentium duntaxat & ciuili cõstat de naturali ratio non habetur, nisi qnatenus aut gẽtium, aut ciuili iure comprobatum est.nu.16.

1 IVs itaque gentium in duo distribuitur capita ſm Docto. Alterum est ius gentium prius, quod nostrates Doct. primæuum nõ ineptè vocant: Alterum posterius, quod à nostris, non satis rectè secũdarium appellatur. Ego prius & posterius vocabo, dum tamen sciatis, nolle me de vocabulo disputare: huiusmodi enim disputatio pertinacibus est relinquenda, vt tradit gl. in Rub. ff. sol. matrimo.

2 Quod autem duplex sit Iusgentium tradit Bar. in l. ex hoc iure col. iiј. prope fi. nu. 10. ver. Dñs meus. ff. de iust. & iu. & in l. eas, ff. de cap. dimin. & in l. si id quod. ff. de cond. indeb. & in l. neq; enim: nu. 2. ff. de test. mil. Ias. in d. l. ex hoc iure, & ibi Doct. cõiter. Idem Ias. in d. l. si id quod, & ante eum Ang. & Pau. de Cast. & aliј Doct. communiter, sequuntur Bar. & Doct. hoc loco præcipue Galiau. fol. x. nu. 157. Fort. Garz. in l. manumissiones, col. iј. & iiј. de

Iust.& iu.Cagno.in l.vlti.nu.91. C.de pact. Soc. in l.i.in princ.ff.de acqui.hære.Cagno. in Rubr.ff.de orig.iur.nu.3.col.ij.post prin.& hanc esse communem sententiam attestatur Ias.in d.l.si id quod, & vr̃ probari in l.ius naturale, & ĩ l.iurisgẽtiũ.i.dist.
3 Primæuum ius gentium intelligitnr illud, quod cum ipsa hominum natura proditum,& naturali ratione inductum fuit: Quo iure cauetur, vt quæ inter hoĩes placuerunt ea obseruentur, & sic fidei obseruandę ratio hoc iure introducta est, de qua ĩ l.i.ff.de pac.& in l.i.de cõst.pec. Huius iuris capax est seruus l.si id,qđ.ff.de cõd.ind. Quia eo tp̃e oẽs homines erant liberi,l.manumisiones.ff.de iust.& iure,& sm hæc tempora cõsideratur naturalis obligatio,d.l.si id quod, si doctoribus fides habenda
4 est.Secundum est ius gẽtium,quod ex constitutionibus hominum fuit introductum. Quo iure bella & captiuitates,& seruitutes introducte & dñia fuerunt distincta.d.l.ex hoc iure,& l.postliminiũ. ff.de capti.Ita Bar.in d.l.si id,quod.& ibi Ange.& Pau.& Ias.& alij communiter.

Non desunt tamen qui vnicum Iusgentium esse arbitrentur,v3 Arch.in c.omnes dist.i. Are.seq̃tur in l.i.col.ix.ff.de acqui.poss.Zas.in rub: de ori. iur.& Fulg.in d.l.si id,quod.Quorum sententiam reprobat Soc.in l.i.in prin.ff.de acqui.poss. Ias.i d. l.si id,quod,Cagn,iu d.rub.de orig.iu.
5 Ruy.aliter considerat,vt hic per eum col. iij.nu. 5.v3 ius gentiũ simplex,quod ex constitutionibus humanis introductum fuit,& apud omnes peræquè custoditur.Alterum est quod natura ipsa seu naturalis ratio homines docuit,distinctum à naturali quod oĩbus animalib.cõe est,nec ex meris gẽtium præceptis constans: quia naturali rõne fuit intro-

introductũ,vt hic per eum,qui tñ obscurius loqt.
6 Bar.autem in d.l.ex hoc iure col.iij.circa fi.nu:x ff.de iust.&iu:scribit,Iusgentium duas habere par tes:earum altera ex naturali ęquitate descendit,ut s.fides promissa prętetur de qua in l.i.ff.de pac.& in l.i:de cõst.pec.Cuius obligationis actiuè & pas siuè capax est deportatus.l. quidem.ff.de pœn.l.si mandauero.§.is cuius.ff.mand.capax etiam est ser uus d.l.si id,quod.Altera pars est,eius iuris quę ex vsu & ex constitutionibus gentium descendit. l. ex hoc iure.ff.de iust.& iu.& hoc iure inspecto ser uus non est obligationis capax sm Barto.in d.l.ex hoc iure,col.iij.circa finem,nu.10.
7 Hæc distinctio Bar. cõiter approbata, non põt sm terminos iuris nostri defendi.Nã dñia fuerunt distincta,& contractus introducti, & oblõnes in stitutæ ex vno eodemq; iure gẽ.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iu.Et hæc oĩa naturalis ratio inter oẽs homines constituit.l.oẽs populi in fi.de iust.& iu.nõ tñ diuinitus fuerunt statuta,nec nata,sed gẽtes ipsæ iura hæc sibi cõstituerunt,vsu docẽte, & humanis necessitatibus exigẽtibus,ita oĩno pbat tex.in §.ius aũt gentium,Inst.de iu.na.gẽ.&c.& hoc ĩter dũ appellaẽ ius naturale, quia hoc ius cũ ipso gñe humano natura pdidit.§.singulorũ,Inst.de re.di.§. & quidẽ,eo.ti.vbi gl.no.hoc est à gentib.cõstituta fuerunt naturali suadẽte rõne & diuina puidentia suggerente.§.sed naturalia,Inst.de iu.na.gẽ.& ci.et
8 d.l.oẽs pop.in fi.ff.de ius.& iur.Qua in re illud aduertendũ est non posse cõsiderari oblõnem ullã an te iusg.d.l.ex hoc iure.licet possit cõsiderari rõ naturalis pp q̃ oblõnes fuerũt ĩtroductę d.l.oẽs pop. in fi.loquor de oblig.ad agendũ,aut ad defendẽdũ paratis,Itẽ sola varietas tẽporũ nõ distinguit iusg.

nec ex eo solo aliud primæuum aliud secundum appellari debet, quod diuersis temporibus fuerint statuta. Quod emptionis & venditionis exemplo ostenditur, quam lõgo interuallo permutationem sequuta est, l. i. ff. de contrah. emp. tamen in eadem specie iurisgentium reponi solet emptio, in qua & permutatio d. l. ex hoc iure. §. ius autem gentium, Insti. de iure natu. gen. & ciuil. Itaque vt iusgentium secundum sit, alterum necesse est, videlicet quod in eo ratio naturalis nõ subsit, sed sola Iurisgentium authoritas, quia tamẽ ratio naturalis, qua dictante multa fuerunt instituta, prius fuit, quàm quicquam contra naturam statueret, illud non perperàm primæuum seu prius appellabitur, hoc secundum seu posterius vocabitur, inspecto initio causarum, non autem tempore constitutionũ, & ob id acceptilatio, quæ forte posterius fuit introducta, quia tamen naturali ratione subnixa est dicitur esse iurisgentium, in l. an inutilis. §. vlti. ff. de acceptilation.

9 Dico igitur sententiam Ruyn. nonnullis tamen additis, & declaratis, esse veram. Itaque arbitror iusgentium omne ex constitutionibus gentium fuisse introductum, & receptum ab omnibus gẽtibus. d. §. ius autem gentiũ, quod hisce constitutionibus non fuit comprehensum, id iurisgentium appellatione non continetur, tametsi forte ratio naturalis qua dictante ius istud prodijt, d. §. singulorũ, illud suadeat, intelligo autẽ cõstitutiones, siue expressas, siue moribus receptas, quod & facilius, & verisimilius est, nam vix est, vt facile coierint, seu in vnum conuenerint omnes gentes, vt aliquam cõstitutionem, sancirent, vsus autem facillimus fuit, vt vno vtente cæteri sequerentur, de hoc tamẽ nõ disputo, quod non doctrinæ studio. Sed conjectura

ra tantum assequi possum.

10 Ad rē ipsam reuertēdo, mihi videtur, qd' à gētib⁹ non fuit receptum, non posse dici iurisgentiū esse. Quia cum non fuerit receptum, & sic non sit in vsu, apud omnes gentes, nec perçquè custodiatur, non potest ius gentium dici, d.l. omnes populi, in fi. vbi sentit non sufficere rationem naturalem, nisi id fuerit constitutum, & apud omnes peræquè custoditum: est enim ius commune omnibus hominibus, l. i. in fi. ff. de iust. & iur. item est à natura proditum cum ipso genere humano d. §. singulorū i. naturali ratione suadente. l. i. ff. de acq. rerum do. d. l. omnes populi, in fi. interuenientibus tñ gentiū constitutionibus d. §. ius autem gentium, Instit. de iure na. gen. & ciui. & vniuersali omnium obseruatione, & cultu, seu vsu. Et sic duo requiruntur: & ꝙ vsu fuerit receptum apud omnes, & perçquè, & ꝙ ratio humana id suaserit, & hoc est primum ius gentium, seu prima eius pars. Et hoc recte dici potest cum ipso genere humano à natura proditum esse, vt in §. singulorum, Insti. de rerum diuis. & ius naturale, vt in l. pen. de iust. & iu. & in §. sed naturalia, Inst. de iu. na. gen. & ciui. vbi etiam diuina quadam prouidentia cōstituta dicuntur, & ideo quicquid quocunque tempore, in ratione naturali fundatum fuerit à gentibus receptū, id appellabo primæuum iusgentium, vtpote super causa primæua fundatum & stabilitum.

11 Alterum est ius gentium, seu altera eius pars, qd' ex posteriore causa, & posteriore loco fuit introductum, non ex naturali ratione, sed potius cōtra naturam receptum, & ab omnibus gentibus approbatum: qualis est seruitus: quæ naturali iuri contraria est, tamen ex gentium constitutionibus fuit

introducta.d.§.ius autem gentiũ, & l.libertas, de sta.ho.§.seruitus,Inst.de iure pers.§.i.Inst.de libert. Hoc iure vitę,& necis potestas dño in seruum data est,& quicquid acquirit seruus dño acquirit.§. In potestate,Inst.de his qui sunt sui,vel alie.iu.l.i.§. i.ff.eo.ti.De hoc iuregen.posteriore &contra naturam recepto loquit tex.in d.l.si id,qđ:ff.de cõd.in de.& hoc merũ appellari põt ius gentium, quod nõ naturali rõne,sed ob necesitatem fuit receptũ.
12 Planè ius istud nunq̃ appellatur naturale,sed ponitur ad differẽtiam iuris naturalis, in d.l.si id qđ ff.de cond.inde.hoc est ad differentiam eius iuris, quod naturali rõne fuit constitutũ,qđ plerunque appellatur ius naturale hominũ d.l.si id, qđ,& est seruis cõe.vt ibi est expressum:& hoc iusgent. ƒm appellari potest,ratione causę,hoc est necesitatis, ex qua fuit introductum,quæ causa, hoc est, quæ necesitas posterior est, & longe post rationis naturalis ortum,emersit,& sic rõne posterioris Causę,ius gentium posterius, seu ƒm appellari poterit vt aliqua in parte satisfiat Doctoribus, qui hęc introduxerũt nomina,totum tamen est iusgen.quia vtroque omnes gentes peræquè vtuntur, nec est cęteris animantibus cõe.l.i.in fi.de Iust. & iure.Et hoc sufficit ad demonstrandum aliqdid iuregent. fuisse introductum,s.q͛ omnes gentes eo peræquè vtãtur,licet non subsit ratio naturalis hoc probat tex.in l.i.§.i.ff.de his qui sunt sui vel ali.iu. Inst.eo. ti.§.i.& l.manumisiones,in verb.contra naturam ff.de iust.& iu.Hęc distinctio, nisi fallor, congruit terminis iuris nostri quibus vti debemus in interpretandis legibus,non autem aliunde exquirẽda sunt argumenta,per quæ disciplina hæc in artem ab Iustiniano subtiliter redacta subuertatur.

Hae

13 Hac distinctione admissa, defendi poterit obligationem illam, quæ beneficio affectos ad remunerãdum obstringit, non esse iurisgẽt. Quanq; enim rõ naturalis hoc suadet, vt bñfactores nostros remuneremus, vt inquit gl. in l. sed & si lege §. consuluit in verb. obligauerunt, ff. de pe. hær. tñ iuregen. nõ fuit recepta, & propterea eos, quibus acquisita est, locupletiores non facit, d. §. consuluit. l. si non sortẽ §. libertus. ff. de cond. inde. l. si vero non remunerãdi. §. inde Papinianus, in fi. ff. mand. Nec exceptionem parit, nec compensationem admittit regulariter: vt scribit Bar. in d. l. ex hoc iure, & in d. l. si nõ sortem. §. libertus, & sequuntur Doct. Et hæc ĩpropriè dicitur obligatio.

14 Item hac ratione dominatio seu potestas in seruos, item & seruitus, dicitur esse iurisgent. s. posterioris & meri, quod naturali ratione non est subnixum: & opponitur iuri naturali, idest iurigẽtium, quod naturali ratione fuit constitutum, ita intelligo tex. in d. l. si id, quod. ff. de cond. indeb.

Item defendi potest, obligationem naturalem, quæ efficax est, oẽm descendere ex iuregent. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. eam, s. quę, pro fide, & pro placitis obseruandis, introducta est. Cum. n. cõuẽtiones oẽs eo iure introductę fuerũt, d. l. ex hoc iure, & d. §. ius aũt gentium: & exinde oriantur oblõnes: non possumus dicere ante conuentiones vllã fuisse obligationem fidei seruandę. Ideo rectè ait lex, obligationes iureg. fuisse institutas, d. l. ex hoc iure, hæc tamen obligatio, licet ex iuregentium descẽdat, naturalis dicitur, quia naturali ratione suadente fuit introducta, & recepta à gentibus, ita ꝓbat tex. in d. l. ex hoc iure iuncta. l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iure, & in d. l. si id, quod.

Obligatio ad antidora naturalis eſt, non autem Iuriſgentium: quia in ſola naturali ratione conſiſtens, non fuit recepta à gētibus, ſine qua receptione, non poteſt iuſgentium conſtitui, vt ſæpe dixi, & inculcare non piget.

15 Si quis quæſiuerit quo iure fuerint introducta bella primo. ſ. an ſecundo iuregentium: Reſpondebo fuiſſe naturali ratione introducta: & ſic ex primo iuregentium, d. l. ex hoc iure. Scilicet pro defenſione corporum & rerum noſtrarum, & ad propulſandam iniuriam: cuius rei cauſa, licitum eſt bellum, omni iure. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. l. ſcientiam §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. i. §. vim vi. ff. de vi, & vi arm. l. ſed & partus. §. pen. ff. quod met. cau. hoſtes enim noſtras res occupando nobis iniuriam inferunt. l. poſtliminium, in prin. ff. de cap. Iccirco illata eis bella ſunt iuſta ex iure gentium, d. l. ex hoc iure, & ita glo. ibi ſentit, & Bar. & cæteri admittunt.

16 Seruitus autem eſt contraria rationi naturali, vt dixi, quo fit vt bella ex primo, & naturali iuregentium introducta eſſe defendi poſsit: quo etiā conuentiones, & obligationes fuerunt inſtitutæ: Seruitus autem, quia naturali ratione caret, poſteriore, & quidem mero iure gentium inuaſerit d. l. ſi id, quod. ff. de cond. indeb. d. l. manumiſsiones. de iuſt. & iure, d. l. libertas. ff. de ſtatu hom. & §. i. Inſtitu. de libertin.

17 Ex quo nota, ꝙ ad hoc, vt ex poſteriore iuregētium quicꝙ introductum eſſe dignoſcamus, non ſufficit, ꝙ poſterioribus temporibus fuerit introductum, ſed ꝙ naturali ratione non ſit ſubnixum eſt neceſſe. Colligitur etiam, non omne, quod natuli ratione ſubnixum apparuerit, eſſe iuſgentiū, nec

natura

naturalem obligationem inducere, nisi gentiũ iure fuerit constitutum, & ab omnibus gentibus vsu receptum: & eatenus tantum, quatenus apud omnes fuerit comprobatum, & peræquè apud omnes obseruatum, non difformiter: cuius illationis effectus postea ostendentur, ad demonstrandũ.n. aliquid iurisgentium esse, eo argumento semp lex vtitur, ꝙ illud apud omnes gentes peræquè custoditur, seu quo iure omnes gentes vtuntur. §.i. vers. quod vero, & §. ius autem gentium, & §. sed naturalia, Insti. de iure na. gen. l. omnes populi, in fin. ff. de iust. & iur.
18 Aduertendum est præterea, quod licet ius nostrum, quo vtimur sit tripartitũ hoc est, aut ex naturalibus preceptis, aut gentium, aut ciuilibus collectum, l. prima. §. huius studij, vers. priuatum. ff. de iust. & iur. tamen re uera duobus tantum iuribus vtimur, hoc est, partim Iuregentium partim iure ciuili, l. omnes populi, in fi. eod. tit. §. i. ver. & populus, Insti. de iure na. gen. & ciui. vt facile intelligamus, de naturalibus preceptis nullam apud nos rationem haberi, nisi aut iuregentiũ fuerint recepta, aut iure ciuili comprobata, & sic effecta fuerint pars iuris gentium, vel ciuilis per approbationem. l. Ius ciuile, de iust. & iur. Nunc cętera, quæ recentis communibus axiomatibus Docto. nostri inculcant recenseamus & quatenus viribus subsistant disquiramus. Quæ in sequẽti capite rejciẽdá cẽsui, vt satietas lõgi sermonis vitet.

C A P. V.

INVITVS *nemo primo iuregentium cogebatur fidem implere. nu. 1.*

Reges constituti, qui fidem seruari cogerent manu regia. numero. 2.

Manus

Idem in curia mercatorum.nu.13.
Idē corā arbitro cui data ē ptās procedēdi ſm æqtatē 14.
Idem ſi ſtatuto caueatur, quòd procedatur facti ueritate inſpecta.15. Idem in foro canonico.16.
Cōfeßio extraiudicialis abſente parte facta plenè probat, ſtante ſtatuto de quo ſupra. nu.18.

1 SVBIICIVNT Doct.ex primo Iure gētium neminē inuitum potuiſſe cōpelli ad fidem implēdam. Bal. no.hic col.ij.poſt med.n.9.& nu.50 ver.quarto limita.& Soc.& Galia. nu.166.Veri.col.v.in prin.n.18.Iac. Nig.col.iij.in prin.nu.3.& 5.Bar.ſentit in l.ſi id qđ ff.de cōd.ind.facit quod trad.Bar.in l.ex hoc iure, col.iiij.poſt prin.ff.de iuſt.& iur. & in l.ſi teſtō.§.i. ff.de fideiuſſ.ſed pudore, & verecundia compulſi fidem datam obſeruabāt.l. Quintus.ff.mandati.

2 Poſtea creſcente hoīum malitia, cum multi fidē frangere cœpiſſent idq; graue apud bonos viros reputaretur.l.i.ff.de cōſt.pec.Quia nihil eſt tam cōgruū humanę fidei, q̄ ea quæ placuerūt īter nos, obſeruari.l.i.ff.de pac.cōſtituti ſunt reges l.ex hoc iure.ff.de iuſ.& iu.l.libertas in verbo, īperatores, ff.de ſta.ho.Qui regali ptāte & ſic manu regia inuitos hoīes ad fidei præſtationē cōpellere cœperūt l.ij.in prin.ff.de ori.iu.& hoc iure efficax obl'o eſſe cæpit.Bar.in l.frater à fratre, col.iij.añ fi.n.12.ff.de cōd.ind.& in l.Iulianus col.iij.in fi.nu.27.eo.ti.Iaſ. in d.l.ex hoc iure,& Inſt.de act.in prin. co.ix. uer. ego teneo.& ī d.l.frater col.x.circa med.nu.x.Sal.ī d.l.ex hoc iu.Cag.ī l.ij.in prin.co.iij.circa med.nu. 7.&9.ff.de ori.iu.Ruy.hic col.v.ī prī.nu.8.Bal.no. hic co.iij.in prin.n.12.&13.Bulg.co.ij.ī prī.n.2.& 3.

Galia.

Galiau.hic nu.198.& seq.Veri.col. vi.nu.26. & 27. Iac.Nig.col.ij.post med.nu.6.& 7.Leo.num.24.& * Torni.nume.12,& est communis opinio,vt per mod.in locis supra adductis.

3 Hæc manus regia exequutiuum remediū erat: & sic non erat necessaria condennatio, sed fiebat executio.vt sentit Bart.in d.l.frater à frater,col.iij. in fi.ff.de cond.indeb.Mod.hoc loco,refert Cagno. in d.l.ij.ff.de orig.iur.nu.8.Torni.Torniel. num 6. & Domino aduersus seruum competebat,l.i.§.i.ff. de his qui sunt sui vel alie.iu.& §.i.Inst.eo.ti.Item patri aduersus filium l.ij .ibi , vt parentibus.ff.de iust.& iu.Bar.in d.l.frater,col.iij.ante fi. num.12.l. serui & filij.ff.de fur.

4 Item pro quacunque conuentione obseruanda prōptum erat & paratum omnibus manus regiæ auxilium.Cum enim obligationes omnes iuregē tium fuerint introductę d.l.ex hoc iure. Et eodem iure manus regia defluxerit,l.ij.in prin. de orig.iu ris,nec eo iure distinguerentur connentiones nudæ à vestitis: Ideo nullo discrimine habito omnis conuentio efficax erat: omnibus enim inerat con uentionibus naturalis ratio,& fidei seruandę ęqui tas,de qua in l.i.ff.de pact.quę proculdubio loqui tur de iuregentium cum de fide humana loquitur inter homines seruanda: & loquitur de omnibus conuentionibus.Quo fit,vt defendi possit, cōuen tiones omnes peręquè fuisse custoditas, iurisgētiū

5 authoritate. Inest enim naturalis ratio, quæ nos ad fide seruādam compellit.l.stichum §.naturalis, ff.de sol.l.cum amplius.§.is natura debet,de reg.iu ris,l.si testamento.§.i.ff.de fideiuss. Quæ ratio inest omni conuentioni propter obligationem naturalem,quę ex consensu oritur,& per cōsequens iure

isto

isto efficax est, vt scribit Bartolin. col. iij. post prin. nu. 12, & 13. Galiaula hic nu. 172. ver. septima cõclusio, per tex. in d. l. cum amplius. §. is natura, de reg. iu. vbi eum iuregẽtium dare oportet, cuius fidem sequuti sumus, sentit Bar. in d. l. frater à fratre ver. tertiò quæro. & probant hoc loco Bal. & Soc. & sẽtit Bar. in l. Iulianus, col. i. ff. de cõd. indeb. vbi ait, obligationem naturalem ex cõsensu nasci, & esse potẽtiorem illa, quæ ex generali æquitate vt maioribus pareamus descẽdit, de qua in l. vt vim, de
6 iust. & iu. Et eo iure nullum erat discrimẽ inter cõuẽtiones siue nudas, siue vestitas, siue nomẽ habeant proprium, siue nõ habeãt, sed omnes ęquè seruabãtur propter æquitatem illam fidei seruandæ, quæ omnibus inest, tradit Ang. in cõsi. cij. & Soci. hoc loco: qui ait, ita communiter tenere Doct. & Bartolin. col. iij. & Galiau. col. xxxvij. in fi. nu. 180, Veri. hic nume. 23, & 27. vbi attestatur ita se habere communem opi. Iac. Nig. hic co. iij. nu. 7. & communem attestatur Alcia. hic colum. iij. nu. licet ipse non probet. & Leo. nu. 23. & clarius firmat nume. 27. Fortu. Garz. in c. i. de pact. & Cagno. in l. ij. in prin. col. iij. nu. 8. de orig. iu. & in l. ij. q. lxxix. nume. 229. C. de pact. int. empt. & vẽdit.
7 Amplius concludunt prędicti docto. hodie adhuc durare manus regiæ auxilium, quod nõ fuit omnino sublatum, vt de domino, & patre concludit Bar. in d. l. frater. ff. de cõd. indeb. Idem concludunt Doct. de principe, vз Ant. But. c. quæ in ecclesiarum, de cõsti. Qui est solutus legib. l. princeps, ff. de legib. & iudicat sola facti veritate inspecta, & sic ſm pręcepta iurisgentium. Ideo aditus Prĩceps supplicanti manus regiæ auxilium impartiri debebit, & eum, qui ex nuda cõuentionę tenetur ad

fidem implendam compellere, Ant.Bu. in d.c.quę in ecclesiarum, & ibi Imo: & Fel.col.xix. in fin. de consti.Alex.in l.quintus.ff.mand.Idem Alexan.et Ias.in l.iurisgentium §.sed cum nulla.ff.de pact.Soci.in l.legitima,col.ij.C.de pact.& est cõis conclusio, vt per Cagno.in d.l.ij.in prin.num.9.de ori.iu.& in d.l.ij.q.lxxix,nume.228.C.de pact.inter emptio.& vend.Galia.hic,nu.199.ver.decimaquarta sit conclusio,Leon.nume.45.Garzi.in c.i. de pact.Nig.hic col.iij.in fi.num.7.Quòd si non indulserit princeps,eum peccare arbitrantur Anto.& alij supra adducti.

8 Quod dictum est de conuentionibus nudis habet etiam locum in promissionibus ob rem factis: quale est placitum permutationis,vel aliud simile quo tibi aliquid promitto, vt ex aduerso tu mihi aliquid des,vel facias,qui contractus vulgò innominati appellantur,in his enim manus regia iure gentium exercebatur,nec erat locus pœnitentiæ, sed velim,nolim, cogebar ego quod promiseram dare:itidem & tu cogebaris fidem datam adimplere:quia,vt dixi,nullum inter conuentiones erat discrimen,sed omnes qualescunque sint,manus Regię ministerio exequutioni mittebantur, & fidei exigebatur implementum,Bartolin.hic col.iij.ante med.nu:13,& 14.Sufficit enim subesse consensũ: ut quis hoc iure obligetur efficaciter,ut hic p.eum num.47:Bulg:nu.3.Soc.hic, qui dicit ita tenere cõmuniter doctores,Galia.numero.180: Ideo cum in contractibus innominatis obligatio naturalis ex consensu nata sit ſm Bartoli.seu mauis Bal. nouel. & Soc.hoc loco,de quo est glo.approbata in l.petens in glo.magna ante fi.C.de pact.Galia.hic nume.181.Iac.Nig.colum.iij.nume.7.& colum.iiij.in fi.&

fi. & col. iiij. in fi. vbi ait ita communiter teneri. & Soc. hic. Quam opinionem tenuit Bal. in rub. C. de de rerum permut. Crot. hic, col. iij. post med. nu. 18. vbi attestatur hanc esse communem.

9 Secundum quæ, concludendum est Iuregentium inspecto non esse locum pœnitentiæ, vt tradit hoc loco Bal. nouel. col. iij. nu. 13. & col. 18. ante med. numero 53. Galia. nu. 184. Veri. col. viij. in fi. nu. 35. & colum. x. in fine, num. 43.

Et per consequens hodie princeps manus regiæ auxilium pro huiusmodi conuentionibus obseruādis poterit impartiri, vt de pacto nudo dictum est: secundum Doct. supra relatos.

10 Amplius dicunt multi, quod ex lato iudicis officio poterit quis hodie vrgeri ad fidem implendam pacti nudi. Ant. But. in c. quæ in ecclesiarum, de const. refert Iac. Nig. col. iiij. nu. 10. licet non sequatur, & Ruy. refert nu. 9. Idem probat Garz. in c. i. de pactis, Soc. in l. legem. C. de pact. & hanc esse communem sententiam attestatur Cagnol. in l. ij. q. lxxix. nume. 228. C. de pact. inter empto. & vend. Officiū enim iudicis actione antiquius est, Aret. in rub. de accus. in princ. col. vlt. Galia. hic nu. 198.

11 Infertur præterea, quod si princeps causam alicui manu regia, vel ex æquitate decidendam commiserit, poterit ex pacto nudo reus condēnari, nec poterit appellari, Bal. in l. i. in fi. ff. de off. præfe. prætо. Abbas in Rub. extra de appel. col. iij. Bal. in proemio Digest. col. ij propè fi. Galia. hic col. xlv. propè finem, num. 198.

12 Idem est si commissa fuerit causa cum clausula sine strepitu & figura iudicij, Lanfranc. in cle. sæpe, in verb. figuram & in verb. libellus. de verb. signi. Oldra. in consil. cxv. Corne. in consil. liiij. colum. ij.

propè fi.Bar.in extrauag.ad reprim.in verb. sic,& in verb.figura,Maran.de ord.iud.parte iiij. distin. ix.num.11.qui nume. Idem multo magis dicit,de clausula sola facti veritate inspecta. hoc enim operatur vt censeantur sublatæ omnes solennitates iuris ciuilis,& municipalis,Anto.But.in c.ij.de iuram.calum.Fely.in c.olim,col.pen.de accusa. Et potest procedere,vt Deus,vt scribit Ant.in c.dilecti,col.iij.de iud.Alex.in consi.vi.col.ij.lib.iij.

13 Item infertur ꝙ in causa mercatorum: in qua procedit ex mera æquitate reiectis apicibus,& solennitatibus iuris ciuil.poterit quis adigi ad fidei obseruationem,quam nudo pacto præstitit, vt notat Bar.in l.si fideiussor.§.quædam.ff.man.& in l.quintus,eo.tit.Bal.in l.si pro ea.col.pen.C.manda.Iaf.in l.Iurisgentium.§.sed cum nulla, col.iij.ff. de pactis, Soc.hic,& Alcia.col.iiij.in prin.nu.16, Bald.nouel. hic col.iij.circa med.num.14.qui loquitur de statuto Pisano dictante ꝙ procedatur s̃m meram æquitatem iurisgentium,circumscripto omni rigore iuris ciuilis:quo casu ait ex pacto nudo,& ex cõtractu innominato posse promissorem efficaciter conueniri,& ad solutionem compelli,idem col.xvi.in fi.nu.lviij.Sal.in l.si pro ea.C.mandati , Bald.in l.ij. C.de cõst.pec.Sal.& Alex.in l.placuit.C. de iudi. Crot.hic col.i.nu.iij.Bal.in consi.cccc.col.pen.libr. v.& consi.cccclxvi.col.ij.eo.libr.Soc.in consi.lxv. colum.vltima,libro.iiij.Galiaul.hic colum.xlviij. post medium,nume.205.

14 Sed & si factum fuerit compromissum , & data fuerit arbitro potestas s̃m æquitatem procedendi, poterit arbiter contra eum,qui pacto nudo ad aliquid dandum sese obstrinxerit, sententiam proferre.Rom.in Rub.de arbit.col.ij.Crot.hic,col.i.nu.4.

Galiau.

Galia.nu.205. & manu regia sm iusgentium procedere, Bal.in l.i.ff.de euict.Cor.in consi.exiiij. col. ij.in fi.li.ij.Marã.de ord.iud.par.iiij. dist. xiiij.n.6.

15 Idem multo magis locum obtinebit si statuto caueatur, vt de facto, seu sola facti veritate inspecta, causæ cognoscantur, & terminentur: Poterit enim hoc casu manu regia procedi, iuxta constitutiones iurisgentium, Bar.in extrauag.ad reprim.in verb. videbitur, in fi.Bal.in l.nequicq̃, co.ij.ff.de off.pro cons.Bal.in c.i.de noua for.fidel. & hoc casu stante clausula q̃ sola facti ueritate inspecta procedatur, receditur à regulis iuris ciuilis, ita q̃ probationi psuasiue, tametsi non concludenti, fides haberi poterit, Bal.in l.solam, in fi.C.de testibus, Aret.in consi. cxiiij.col.pen.& in l.cum qui.§.filius, in ij. no.ff.de acqui.hære.qui dicit q̃ testibus causam verisimilem tantũ assignantibus credere potest: & testes infames ac iure ciuili reprobatos admittere, vt per Abb.Fely.& alios, in c.dilecti, de iudic. & q̃ stante hac clausula procedatur manu regia tenet Corn.in consi.ccxliij.lib.iiij.Rom.in consi.xx.Bal.in l.prolatam.C.de senten.Soc.in consi.xij.col.ij.libr.i. Paris.Put.de syndi.in verb.sententia col.v. Maran.in l.is potest, nu.193.ff.de acqui. her.

16 Infertur etiam, q̃ in foro pontificali pactum nudum vim atque efficacitatem stipulationi parem habebit. Quicquid enim iuregentiũ obseruari præcipiebatur, id iure canonico efficax est: hoc enim reiectis iuris ciuilis apicibus, æquitatem iurisgentium amplectitur.c.dilecti, cum ibi no.de iud. Bartol.in.siue Bal.nouel.hic col.xiiij.in fi.nu.51. Galiau. col.xliij.circa med.nu.200. Et propterea ex pacto nudo ex præceptis iuris pontificij, orietur actio, vt eõiter concludunt Doct.in.c.i.de pact.

17 Idem iuris est in contractibus innominatis, & pręterea eo iure inspecto non erit locus pœnitentiæ, tradit Bal. in Rub. C. de rerum permu. circa princ. Ang. in l. in traditionibus, in fi. ff. de pact. Alex. in l. si pecuniam, colum. v. ff. de condi. ob cau. Gali. hic, nu. 200. Bartoli. & Veri. nume. 43, & moder. alij.

18 Quin etiam confessio extraiudicialis absente parte facta plenam probationem facit: vt scribit Aret. in consi. xl. col. i. & consi. lxiij. col. i. Doct. in c. si cautio. de fid. instr. Quod audet Moder. producere ad curiam mercatorum: Vt Maran. de ord. iud. parte iiij. dist. ix. nu. 49. Sub eo prætextu, quod forus mercatorum foro ecclesiæ comparetur, vt per Spec. in ti. de compe. iud. §. i. vers. xxviij.

Hęc omnia à Doct. recepta apud me non paruam habent difficultatem. Ideo singula sequentibus capitibus separatim examinanda reseruo.

CAP. V I.

Principia falsa magnos errores producunt. nu. 1.
Inconuenienti uno dato, plura sequuntur. nu. 1.
Fundamentis falsis sublatis, ueritas elucescit. nu. 2.
Bona omnia à Deo procedunt. nu. 2.
Veritas præ omnibus rebus colenda est. nu. 2.
Veritas non ex multitudine authorum, sed ex ratione dignoscitur. 2.
Manus regia, lege non probatur. nu. 3.
Erubescimus cum sine lege loquimur. nu. 3.
L. ij. in princ. ff. de orig. iur. nu. 4.
Manus regia secundum Doct. est remedium agendi exequutiuum. nu. 4.

Rex

Rex solus omnia gubernabat. i. solus ius dicebat in ciuitatis initio. 5. *&* 8.
Interpretatio sumitur ex rubrica. nu. 6.
Materia subiecta dat intellectum legibus. 6.
Curiae a Romulo institutae. nu. 7.
Manus regia non est iudicis officium, nec remedium agendi. numero 8.

1 MANVS regiae presiduum Iuregentium temporibus ante ortas actiones viguisse actionum loco, adeo notum omnibus est & receptum, vt quodammodo nefas videri possit, id reuocare in dubium, quod apud maiores nostros nullam vnq; habuit dubitationem, tamen, quia ego non in cuiusquam gratiã sed veritatis studio me scribere semper professus sum, atque ipso is sum, qui facile intelligam ex falsis principijs multa, & maxima emergere vitia, p ea quae tradit Bal. in l. vnica. §. i. C. de cad. tol. & Soci. in consi. xcix. col. x. lib. iij. Bal. in l. i. ff. de iustit. & iu. And. Sicu. in c. i. col. iij. vt lit. non contest. Ange. in consi. cxx. & vno inconuenienti admisso plura sequantur necesse est, auct. vt iud. sine quoquo. suf fra. §. an certa, & in l. ratas. C. de rescin. vend. Barba. in c. i. doceri, col. iij. nu. 31. de rescrip. & ibi Mode. in addi. Idem Barb. in c. cum venissem, colum. vltima, numero 58. de iud.

2 Quamobrem tollenda in primis sunt fundamenta quibus falsae docto. opiniones nituntur, quibus conuulsis, & sublatis veritas rerum facile ostendetur, quae prae omnibus rebus disputando, & ratio-

cinando præsertim autem docendo expetenda est & colenda: & hæc non ex multitudine authorum sed ex ratione, & ex legibus metienda est: l. i. §. sed neque ex multitudine C. de vet. iu. enuc. nec quidquam vetat quin aliquis etiam minimus interdũ meliora sentiat, q̃ maximę authoritatis uiri intellexerint d. l. i. §. sed neque hęc, quamobrem fretus Dei optimi maximi auxilio, à quo cuncta bona ꝓcedunt, quid de his sentiam in medium afferre cõstitui, vt deinde omnibus collatis benignus lector veritatem discernere, & amplecti possit.

3 In primis quod attinet ad manum regiam, de qua mirabilia comminiscuntur Docto. mihi videt vt dicam quod sentio: nihil ex his quę de manu regia diuinatione nescio qua tradunt Doct. vlla ratione, aut lege constare posse. Ideo erubescunt cum legislatore nostro, qui sine lege loquuntur. Auct. de trien. & semiss. §. consideremus. l. illã. C. de collat. nullibi enim cautum reperitur regiam hanc manum actionis loco antiquitus subministratã fuisse, ideo nec nos inducere debemus, quod lege cau-

4 tum non reperitur. d. l. illam. Nec me mouet text. in l. ij. in princi. ff. de orig. iur. qui in ciuitatis initio omnia manu regis gubernata fuisse demonstrat. quia lex illa, non eo sensu accipit manũ regis, quo accipiunt Doct. hi enim manum regiã intelligunt esse ius seu remedium quoddam creditori competens ad petendum, & exigendum, quod sibi debetur, cuius in locum actiones iure ciuili postea fuerunt introductæ, tex. autem in d. l. ij. de remedio ad exactionem pertinente non loquitur: Sed de persona exequęte, & aliud est iudex, qui exequitur seu iudicat, aliud est ius, seu remedium, quod intendit creditor, pro eo, quod sibi debetur, consequendo,

prout

prout differt iudex ab actione, vt patet ad sensū.
5 Dico igitur, id quod in d.l.ij.in princip. dicitur omnia manu regis fuisse gubernata, nihil aliud sibi velle, q̄ vt intelligamus omnem regendi, & iudicandi potestatem in solo rege fuisse constitutam d.l.ij.§.post originem, ver. quod ad magistratus.ff. de orig.iur. hoc est solum Regem omnia rexisse, & in omnibus ius dixisse, quia nondum erant creati magistratus, qui ius dicerent. Sed cura omnium rerum gerendarum, & iudicandarum soli Regi incūbebat, quo autem iure vterentur homines, cum iustitiam coram Rege peterent, quoue petitionis mo-
6 do, hoc lex illa non exprimit. ¶Suadetur hic sensus ex inscriptione ipsa, seu Rub. in qua agitur, & de origine iuris. & de origine magistratuum, Romanorum, & super hoc lex ipsa ait sentit nullū in ipso ciuitatis initio, fuisse magistratum, qui ius diceret, sed solus Rex omnia gubernabat, & solus ius dicebat. Itaque non ostendit quo remedio quoue iure litigantes in conueniendis debitoribus vterētur, sed quis iudex, quisue magistratus adeundus esset, demōstrat. itaq; vt s̄m materiam subiectam, verba legis intelligantur, iuxta. l. Imperatores. ff. de in diem addict. solum Regem omniū magistratuum munere functum fuisse interpretandum est, & eum solum in omnibus ius dixisse.
7 ¶Suadetur præterea ex eadem. l. ij. in vers. postea, vbi cum dixisset: Initio omnia manu Regis fuisse gubernata, statim subijcit, postea aucta ad aliquē modum ciuitate Romulum diuisisse populum, in xxx. curias, & instituisse, ut ex earum sentētijs Reipub. cura expediretur, quo factum est, vt Rex ipse curam, & regimen Reipub. quod ipsi soli antea incumbebat, partitus fuerit, & per consequens hi-

sce curijs creatis, non amplius omnia manu Regis gubernabantur, sed partim ab ipso Rege: partim curiarum sententijs, expediebantur, d.l.ij. in princ. loquitur ergo tex. ille de Iudice qui iurisdictionem exercebat, non autem de remedio quo vtebantur creditores ad pecuniam petendam, seu exigēdam, à debitore inuito.

8 ¶ Ex his facile patere vnicuiq; potest, manum regiam non esse iudicis off. neque remedium, neque ius, quo promissores ad fidem implendam conueniebantur: nihil enim aliud sibi vult lex illa, quàm ut intelligamus soli Regi incubuisse onus, & curā regendę ciuitatis, & iurisdictionis exercendę, quod ea ratione contingebat, quia magistratus vlli nondum erant creati: sed quo petitionis genere, quaue actione vterentur homines coram Rege, nō exprimit lex. Quod autem & quale esset remedium istud, postea videbimus. Nunc (qualecunq; fuerit ius seu remedium illud, quod petitori paratum erat, & quocunque nomine nuncuparetur) tractari oportet, iure gētium an ciuili fuerit introductum id petitionis genus, quo populus Rom. vtebatur, quod vt manifestius liquere possit, quærere oportet vtrum solo gentium iure, an etiam ciuili populus, in ipso ciuitatis initio vteretur, quod sequenti capite demonstrabo.

CAP. VII.

Populus Romanus, Iure gentium solo utebatur ab initio numero. 1.

Immo contrà, nu. 2. cum seq.

Vtebatur enim etiam Iure ciuili uario & incerto, numero.

ro.l.3.& 8.

Lege quod non cauetur, non est admittendum. nu. 2.

Consuetudo pars est iuris ciuilis. nu. 3.

Incerti iuris appellatione quid significetur. nu. 3. 4. et 6.

Ius ciuile legibus constat, nu. 5.

Ius gentium ex ratione naturali, & constitutionibus gentium constat. nu. 5.

Consuetudo non stabilita ius est incertum, nu. 6.

Iterum, idest secundò, seu rursus. nu. 6. & 7.

Verbum in una parte legis positum declarat, quomodo accipi debeat in alia. nu. 7.

Manus regia non est remedium iurisgentium. nu. 8.

Nec actio, nec iudicis officium, est. nu. 9.

Actio non est subrogata in locum manus regiæ, nec officium iudicis. nu. 9.

Princeps an adiri posit, ut manu regia pactum nudum exequatur, nu. 9.

Nominum disputatio pertinacibus relinquenda. nu. 10.

Remedium aliquod pro conueniendis debitoribus iuregentium competebat. nu. 10.

1 SVPEREST vt tractemus, quo iure populus Rom. in ipso ciuitatis initio, vteretur, quo in articulo concludunt omnes, eũ solo iure gentiũ vsũ fuisse, idq; adeo pro explorato habent, vt nulla vnq̃ super hoc motu fuerit controuersia, nec dubitatio orta, ego tamen non leuiter eos errare puto, qui ita opinant.
2 In primis enim nulla authoritate ostenditur rem

ita se

ita se habuisse, ergo illis fidem non esse habendam recta ratione arbitror l. illam. C. de colla. §. consideremus, in auct. de trien. & semiss. quod si coniecturis agendum est, & ratione non contemnenda, contrarium probari concedam, ex l. omnes populi. ff. de iust. & iu. vbi expressum est, omnes populos partim suo proprio, partim communi hominum omnium iuri vti, vbi glo. & Bar. ab eo viuendi genere neminem excipiendum esse arbitrantur præter homines sillvestres, & sequuntur alij Docto. nullus ergo est populus, & nulla est gens, quæ non vtroque iure permistim vtatur, quamobrem idem de pop. Rom. credendum est, qui non ex siluestris hominibus constabat, & hoc est expressum, in §. i. in versi. & populus, Inst. de iu. na. gen. & ciui. secundo hoc
3 mihi probat tex. in d. l. ij. in prin. ff. de orig. iu. cum ait populum Roma. sine certa lege, & sine certo iure egisse quibus verbis proculdubio ius ciuile incertũ significatur, puto quia hodie, vno aliquo iure ciuili, cras alio vtebatur, vel forte ad consuetudinem. non receptam, nec præscriptam referẽda sunt illa verba, quæ consuetudo. & ipsa pars est iuris ciuilis. l. de quibus. ff. de legib. §. constat, Insti. de iure na. gen. & ciui. & ius incertum, idest nondum stabilitum, & nondum vsu receptum appellari re
4 cte potest. ¶ Tantum abest, vt appellatione iuris incerti, eo loci iusgentium significetur, vt nihil minus, q̃ illud portendatur, nam iusgentiũ nullo modo incertum esse potest, cum sit omnibus notum, & ab omnibus obseruetur. non in confuso, sed peræque, & vt ita loquar, pariformiter apud omnes l. i. in fi. ff. de iust. & iur. l. omnes populi, in fi. eo. tit. & sic non obscurum, nec incertum est iusgentium, ergo de eo non agitur in d. l. ij. in prin. ff. de orig. iu.
Præ-

5 Pręterea, ibi dicitur populum vixisse sine certa lege, quę verba ad iusgentium non possũt referri. sed omnino ad ius ciuile sunt referenda, quod constat ex legibus. l. ius autem. ff. de iust. & iur. Iusgentium lege aliqua non constat, sed ex eo, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, d. l. omnes populi, in fi. & ex cõstitutionibus quibusdam vniuersalibus, de quibus in. §. ius autem gentiũ. Insti. de iure nat. gen. & ciui.

6 ¶Tertio hæc cõclusio probatur ex d. l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. vbi dicitur exactis regibus omne lege tribunitia omnes leges exoleuisse, atque iterum cepisse populum Rom. incerto iure, & consuetudine aliqua vti quo loco, ostenditur populum ad pristina iura reuersum fuisse quib9 ab initio vsus fuerãt, & nihilominus illud consuetudines appellat, quod antea legem incertam, seu ius incertũ appellauerat, vtebatur ergo populus ab initio moribus incertis, & consuetudine aliqua, & sic iure ciuili, & hoc mihi probat lex illa, in verbo. Iterum, quod significat rursus, seu secundo. l. si quis. C. de precibus imper. offer. l. i. in fi. C. de sacrosan. ecc. & in l. cũ antiquitas, vers. si quid autem. C. de testa. & in l. labeo §. i. ver. finge enim. ff. de ar b. & apud Virg.

» Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. & apud Cice. lib. vij. de inuent. primo quidem decipi incommodum est, Iterũ stultum, tertio tur-

7 pe: Deniq; verbum aliquod in vna parte legis positum, declarat quomodo in alia parte idem accepi oporteat. l. qui filiabus. ff. de leg. i. l. vnum vbi Bar. ff. de pet. hære. l. quemadmodum. §. hæc verba, vbi Bar. ff. ad legem aquil. Dec. in consi. DLiij. numer. 8. Itaque verbo incerto iure, quod pro iure ciuili, & pro consuetudine accipitur, in d. §. exactis, ostendit

in

in eadem significatiōe accipi oportere in eiusdem legis principio.

8 Ex his concludendum est pop. Rom. ciuitatis initio, non tantum iuregentiū, sed ex aliquo iure ciuili vsum fuisse, incerto tñ. i. non scripto, quod ius incertum pro moribus seu ex consuetudine nōdū stabilita accipitur, vt dixi, d. §. exactis.

Sequitur ex his ꝙ remedia, quibus vtebaẽ populus Rom. in conueniendis debitoribus, nō erant omnino iurisgentium, & præsertim manus illa seu potestas regia, quæ super iure ĩcerto, ius reddebat, ad iusgentium referri non potest, etiam si fateri oporteret, manum regiam fuisse remedium ad exigenda debita introductum, nam saltem in exactione facienda eius, quod ex consuetudine debebatur. seu ex lege non scripta, quæ ad ius ciuile pertinent, non potest dici remedium iurisgeutium.

9 ℂ Tamen ego nō soleo admittere, manum regiam fuisse actionem, neç officium iudicis, nec actionis vicem sustinuisse, eius ve officio functam fuisse, quia iure non probatur, ergo &c. l. illam. C. de collation.

ℂ Ex his sequitur, nec actionem, nec iudicis officium subrogatum fuisse in locum, vicemq́ manus Regiæ, quicquid dixerit Barto. in l. frater à fratre, columna tertia, numero duodecimo. ff. de condict. indeb. Aret. in Rubr. de accusat. in fine, Mode. Nig. hoc loco, numero nono.

ℂ Sequitur etiam aliud frustra disputari, nunquid pro conuentione nuda iuregentium competeret manus regiæ suffragium, & an hoc tempore adiri posſit princepes, ut super nuda conuentione huius modi remedium supplicanti indulgeat.

10 ℂ Quia tamen negari non potest, quin remedio aliquo

aliquo seu iure uterentur homines, ad id, quod sibi debitum erat, petendum, & exigendum, siue ea fuerit manus regia, siue potestas, siue officium, siue alio quouis nomine nuncuparetur, omissa nominis disputatione, quæ pertinacibus relinqui solet, vt per glossam, in Rubrica. ff. soluto matrimonio, non inutiliter quæri poterit, an remediũ istud quod pro debito exigendo competebat, etiam pro nuda conuentione obseruanda suppeditaretur, antequam ius ciuile fuisset introductum. de qua re seq. capite tractabitur.

CAP. VIII.

Pactum nudum iuregentium efficax erat ad agendum secundum communem. nu. 1.

Fidei seruandæ æquitas par est in omni conuentione, & omnes ad soluendum adigit, nu. 1.

Ius idem ubi ratio eadem. nu. 2.

Consensus in omni conuentione interuenit, & obligat. numero. 2.

Obligatio naturalis ex consensu. nu. 2.

Pactum nudum non parit actionem etiam iuregentium secundum multos. 3.

Nomina conuentionum inuenta à Iuregentium, aliquam constituisse uidentur differentiam, quæ carent nomine. numero 4. & 5.

Differentia inter nuda, & non nuda pacta est, nu. 5.

Contractus nominati quare nomina nacti fuerint, numero. 6.

Specialiter notata efficaciora sunt. nu. 6.

Neglecta

1 SEQVENS quæstio est an remediũ illud, qualecunque id fuerit, quod ad petendum sibi debitum iuregentium suppeditabatur etiam pro nudis conuentionibus obseruandis cõpeteret, & sic an pactum nudum eo iure

iure efficax esset ad agendum. Qua in specie frequentius responsum est efficax fuisse: quia vna atque eadem fidei seruandæ ratio atque æquitas militat in omnibus conuentionibus, tam nudis, quàm vestitis, & ad solutionem cõpellit. Nos enim alterius fidem sequutos esse, sat est, vt nobis dari oporteat, l.cum amplius.§.is natura.ff.de reg.iur. Quod autẽ in omni conuentione militet seruandę fidei ratio probatur in l.i.in princ.ff.de pact. quæ loquitur etdẽ nuda conuentione: dum generaliter commendat edictum Prætoris, quod erat generaliter conceptum.l.iurisgentium.§.prętor, eo.ti.

2 Quamobrem cum in vtraque conuentione militet eadem ratio seruandæ fidei habebit locum idem ius.l.illud.ff.ad legem Aquil.

Secundo hanc sententiam fulcit cõsensus authoritas, qui interuenit in conuentione omni.l.i.§.pe. ff.de pact.l.consensu.ff.de act.& obl.

Sanè admittunt omnes ex cõsensu nasci obligationem naturalem.l.stichum.§.naturalis.ff.de solu. & quidem efficax.l.cum amplius.§.is natura. de reg. iu. nec distinguitur altera ab altera: igitur nec nos distinguemus: sed parem in vtraque consensum, eandem obligationis efficacitatem parere defendemus.

3 Hæc sunt potissima receptioris sententiæ fundamenta. Quibus tamen non attentis, multi nõ leuis authoritatis viri contrariam tuenẽ sñiam. Hãc magnis rationibus defendit, Alex.in l.Iurisgentium.§. sed cum nulla.ff.de pact.& Ruyn.hoc loco, colum. v.circa med.nu.9.& Galia.colum.xlv.ver.decima quarta sit conclusio, nu.199.& seq. Alcia.col.iij. nu. 15. Fernand.Bereng.in l.pacta conuenta, col.v.post prin.nu.28.ff.de contrah.emp. Alc.in l.in bonæfid.

in ver. petitionem. C. de pact. acutissimus Torniel. num. 14, & nume. 21, & 22.

4 In primis huic sententię suffragatur l. Iurisgentium, in prin. & ver. quinimmo. ff. de pact. vbi constat, iuregentium distinctas fuisse cõuentiones nudas à vestitis, tradit Bar. in d. §. quinimo col. 4. nu. 15. & sequuntur communiter doct.

Cum itaque eo iure ĩtroducta fuerint munimẽta seu vestimenta conuentionum, vt admittunt omnes; fateri oportet, non paris efficacitatis fuisse nudas, & vestitas alioqui frustra nominib⁹ distinguerentur, & vestimento. l. si idem. C. de codici. vt per Alex. in d §. sed cum nulla.

5 Ad hoc respond. Soc. & Mod. distinctionem huiusmodi factam fuisse, vt cõstaret ex quibus intro ducendæ essent à iure ciuili actiones. Quę responsio, q̃ futilis sit, nemo est, qui non videat, quod & hoc loco animaduertit Ruyn. nu. 9. & Bereng. in d. l. pacta, nu. 29. Et aduerte, ꝙ aut dicimus actionem iure ciuili introductam, aut iuregentium proditam fuisse.

¶ Primo casu, admisso, quod admittũt communiter Doct. impossibile est ius gentium quicq̃ de futuris actionibus diuinasse: aut de eo iure anxium, sollicitũm ve fuisse: & per hoc defendi nõ potest distinctionem nominum Iuregẽtium introductam, ad beneficium iuris ciuilis nondum nati, factam fuisse.

¶ Secũdo casu, hoc est si admiserimus actionem iuregentium viguisse, tũc probatur opinio Alexan. Ideo verius videtur distinctionem pactorum à iuregentium excogitatam aliquem eo iure peperisse effectum, & per cõsequẽs non omnes cõuẽtiones eisdem viribus, aut priuilegijs munitas fuisse.

Erat igitur efficacior vestita conuentio, aut re, aut noīe proprio munita, q̄ nuda, & inermis; nec proprio ornata noīe, nec rei interuentu munita: & hoc negari non pōt. Ex quibus patet manifestam inter nuda, & nō nuda pacta differentiā fuisse cōstitutā.
6 Garz. in l. iurisgentiū in prin. col. iij. nu. 5. ff. de pac. alio modo tollit obiectum, quia inquit, cōtractus innoīati magis in vsu erant, & frequentiores, q̄ alij. Ideo hi sine nomine permanserunt ob id, quia non frequentabant. Quæ respōsio nihil oīno concludit, nam si nulla erat differentia inter cōuentiones, sufficiebat nomen generale cōuentionis, & satis erat, sic cōuenisse, sic pepigisse, sic fidem datā esse, nec necessaria fuit, nec vtilis distinctio nominū tamen, & videmus quibusdam nomina specialiter fuerunt indita, alijs neglectis: vt intelligamus maiore aliqua obseruatione digna fuisse ea, de quibus specialis ratio, & cura habita fuit, quā eorum, quæ sub generali cōuentionis nomine, relicta, quodammodo fuerunt neglecta, arg. l. cum apud labeonem. §. ait pretor. ff. de iniur. & l. ideo. §. i. ff. nau. caupo. stab. l. i. §. dixerit, ff. de publican. & ideo gloss. in d. §. ait pretor, plus valere dixit, quod specialiter factum, aut dictum fuerit, l. si quis mihi. §. sed vtrū ff. de acquir. hæredi. l. quintus. §. i. ff. de auro & arg. & l. ij. C. de seru. pigno. dat. l. quæro. ff. de act. empt. Quinimò etiam inter ipsos contractus nominatos diuersitas appellationis inducta est, vt intelligeremus non eandem omnibus inesse efficacitatem, & alterum altero strictiori vinculo colligatum esse, vt patet ex. l. contractus, de reg. iur.
7 Secundo hanc sententiam fulcit tex. in l. ex hoc iure, ff. de iu. & iu. iūcta l. licet. §. ea obso. ff. man. Ex quibus constat obligationes iureg. fuisse institutas

d.l.ex hoc iure: apparet etiam ex huiusmodi obligationibus in contractu iurisgentium vestito, qualis est mandatum, actionem oriri d.l.licet, qui effectus ex nudi conuentionibus nõ resultat.l.iurisgẽtium.§.igitur,de pact.

¶Tertio hanc probat tex.d.l.iurisgẽtium. in princi.de pactis.alio modo inductus:ibi enim expresse ait q̃ conuentiones iurisgentium quædam actiones pariunt,quædam exceptiones,qui text.loquit de partu iurisgentium,alioqui ciuiles appellari deberent,propter additionem à iure ciuili factam, si à iure ciuili efficacitas ista fuisset introducta.l.Ius ciuile.ff.de iust.& iure,cum igitur robur istud à iuregentium fuerit additum: non tamen omnibus idem,aut par,sed aliquæ pariant actionem,aliquæ exceptionem tantum:concludendum est pacta nuda eo iure non fuisse efficacia per d.l.iurisgentium, in princ.& in.§.igitur nuda.

8 Quarto hanc cõclusionem omnino probat tex. in l.naturales.ff.de act.& obl.& in l. fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideiuss.quibus ex locis apparet,naturalem obligationem esse duplicem, alteram efficacem,quæ prosit ad agendum, alteram, quæ pariat exceptionem tantum,&sic non est par omniũ conuentionum vis,atque potestas, Ibi expresse dicitur naturales obligationes non eo solo æstimãdas esse,q̃ earum nomine actio competat, sed etiam si soluti repetitionem impediant,& sic nõ omnes obligationes sunt paris potestatis: sed aliquæ pariũt actionem,aliquæ exceptionem tantum. Superest igitur vt nuda conuentio iuregẽtiũ non pariat actionem.d.l.iurisgentium.§.igitur nuda.

9 Quinto. Si pactum omne Iuregentium efficax fuisset saltem iure pretorio pacta omnia hodie sy-

stinerentur. nam pretor in pactis custodiedis equitatem naturalem sequutus est, l. i. ff. de pact. & licet nihil roboris addiderit, tamen nec detraxit: sed in sua firmitate cõseruauit. & eo modo quo sm æquitatem naturalem vigebant, custodiri precepit. l. iurisgentium. §. prætor. ff. de pact. iuncta. l. i. in princi. eo. ti. Videmus tamen pretorem pro pactis nudis exceptionem tantum polliceri, d. l. iurisgentium. §. igitur nuda. Ergo aut non est sequutus pretor naturalem equitatem in pactis custodiedis, sed iuris ciuilis regulas tantum, aut fateri oportet pactum nudum ex æquitate naturali exceptionem tãtum producere: conuentiones autem vestitas efficaciores fuisse. Et hoc admittendum est, ne alioqui mendax videatur Iurisconsul. prætorij edicti interpres: qui pretorem in pactis custodiendis, naturalem equitatem sequutum fuisse testatus est, in d. l. i. Et hoc, vt puto, non est leue fundamentum nec contemnendum.

10 Sextò: Nulla æquitas suadet, vt seruetur fides in eo, quod sine causa promissum fuerit. l. ij. §. circa ff. de excep. dol. ne alioqui ex nuda cõuentione cõstituatur donatio; quod non est dicẽdum: quia nemo presumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de prob. l. si cum aurum. ff. de sol. Ias. in l. ex hoc iure col. xiiij. ff. de iust. & iur. & in l. Iurisgẽtium. §. sed cum nulla col. v. ff. de pact. & in l. si procuratori. in fin. ff. de condi. ob cau. & in l. cum quid. colu. v. ff. si cer. pet. Dec. in consi. ccccij. nu. 6. Neuiz. in consi. 8. nu. 39. Nec perficitur pacto nudo cã donationis nõ expressa, Bal. in l. vlt. C. si cer. pet. Bar. in l. nuda. ff. de dona. Doct. hic paulo infra, & in Rub. C. de pac.

11 Nec præsumitur causa donationis, Ang. in d. l. ij. §. circa, Iasol. in l. a titio, infra hoc tit. Cy. & Bald. in

l.generaliter.C.de non num.pec.Pau.Cast.in l.hoc iure.ff.de dona.Ant.But.& Imo.& Abb.in c.si cautio.de fide inst.Quod sine dubio procedit in pacto nudo.Ray.Bal.Ang.Pau.Cast.Alex.&Ias.in l.Iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pact.Corn.conf.ccc. lib.i.& aduerte,quia intelligo ego conuentionē nudam,quæ sine causa,efficienti,facta est, non autem sine causa finali.prout subtiliter,&egregie animaduertit acutissimus Torniel.nu.46.in alio tamē proposito,& prout intelligit tex.in l. iurisgentium.§.i. & ibi gl. parua,in verb.causa.ff.de pact.

12 Cum itaq; conuentio nuda causam non habens non dicatur facta donationis causa, dicendum est, ex pacto nudo non oriri petitionem efficacem : ne alioqui,is,cui facta fuit conuentio nuda,locupletetur cum iactura alterius,contra ęquitatem naturalem,l.nam hoc natura.ff.de cond.ind.& ibi gl.l.iure naturæ,de reg.iur.c.locupletari,eo.ti. lib. vi.l.rescriptum.§.i.ff.de distract.pig.l.iure.§.vlt.ff.de iure

13 dot.Dec.in d.l.iure naturæ.Et locupletior dicitur, qui actionem consequitur,quia rem habere videtur l.qui actionem,de reg.iur.facit,quod no.glo. in l.si tibi pecuniam,in verb.meum.ff.si cer.peta. & in l. eius qui , in puincia,in verbo,defuncti,& ibi Bar. eo.tit.& in l.si pecuniam,in verb.tuam.C. de neg. gest.& in l.i.in verb.suam.ff.quod cum eo. Dec.in d.l.qui actionem,facit tex.in l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de pet.hær.à contrario sensu. Nec enim pōt negari quin actionis acquisitione augeantur iura nostra,aduersarij minuantur,Ideo admitti non debet,vt huius iuris donatio inducatur pacto nudo per supradicta,& sic contra iurisgentium æquitatem est,q́ quis sine causa pacto nudo efficaciter obligetur.d.l.iurisgentium.§.igitur nuda.

Cessante

14 Cessante igitur æquitate, cessat obligationis effi cacitas etiam ex præceptis iurisgentium. Iuxta ea quæ trad. Bar. & communiter Doct. in l. cum quis, C. de iur. & facti ignor. colũ. ij. post med. nu. 10. vbi dicit, ꝙ solus consensus non producit obligationẽ, nisi etiam concurrat æquitas, & in alio proposito idem multis authoritatibus fulcit Hiero. Vero. col. xxv. post med. nu. 106. & 107. hoc loco.

Alia quædam adducunt Moder. in d. l. pacta cõuenta nu. 28. ff. de contrah. emp. Quę non refero, ne satietatem inducam. Puto enim ex his, quæ hactenus fuerunt tractata defendi posse pactum nudũ Iure gen. efficax non fuisse, sed sola except. munitũ, sequen. capite dabitur responsum ad ea, quę ꝓ cõi opin. fuerunt adducta. dumtñ sciatis nullã æquitatem suadere, vt qđ sine causa promissum est, ita efficaciter debeatur, prout debetur id quod cũ causa fuerit conuentum. d. l. Iurisgentium. §. i. quinimmo et ius ipsum pontificium, nisi subsit ęquitas, fidem non esse seruandam contendit, vt late Fel. in c. i. colũn. pen. in. vij. decla. de pact. de qua re alias: nunc ad contraria tollenda pergamus.

CAP. IX.

Aequitas uarios habet gradus: & maior in uno, q̃ in alio contractu sæpe reperitur. nu. 1. & 2.

Aequo æquius inuenitur. nu. 2.

Fides non semper eodem uinculo obstringit, sed aliquãdo leuius aliquando efficacius. nu. 2. & 5.

Ius gentium naturali ratione inductum. nu. 3.

Stoica seueritas reprobatur. 3. 4.

Vsu docente & necessitatibus humanis exigentibus in

ductum iusgentium.nu.3.5.

Ius rigidum, & asperum non laudatur.4.

Consensus in omni conuentione reperitur.6.

non tamen semper æquè obligat.6.

Obligatio naturalis non semper par est in omnibus.6.

Sed interdum actionem parit interdum exceptionem. numero.7.

L. fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideiuss.nu.7.

Naturalis obligatio uarios habet gradus.nu.8.

Pactum uudum secundum iura canonica an pariat actionem.nume.9.

Manus regia non erat remedium iurisgentium ad exigendum debitum, tamen aliquod remedium eo iure competebat.numero.10.

Remedium Iuregentium quod & quale competeret ad agendum.10.

1 SVPEREST, vt tollantur ea, q̃ pro cōi opinione fuerunt adducta. Non ob. igitur primum qđ de fide ęquè in omnibus seruanda obĳcit. quod est potissimum diuersę sectæ fundamentum.

Rñdeo, & fateor eandem æquitatem in gñe vigere in omnibus conuentionibus. sed in specie nō est eadem, & vt inquiunt Mod. in d.l. pacta cōuenta: nu.29. ęquitas ista hȝ gradus varios adeo, vt in aliquo contractu maior, in alio minor æquitas versetur, & licet ipse nihil adducat, hoc mihi pbat tex. in l. contractus, de reg. iu. & in terminis qōnis ppositæ probat tex. in d.l.i. ff. de pact. iuncta l. iurisgentium, in prin. ff. eod. ti. Nam prætor gñaliter edixit

se pacta seruaturum: hoc est, put, & quatenus erant efficacia, ad effectum se perducturũ pollicitus est, d.l. iurisgentium.§. prætor ait, in quo edicto, ppõne do naturalem æquitatem sequutus est prætor: quæ æquitas dictat nihil esse tam congruum fidei humanę, q̃ ea seruare, quę inter nos placuerint. d.l.i.§. prin. tñ nõ oĩa ęqualiter seruat: sed actione alia, exceptione alia tuet, & custodit, d.l. iurisgentium, in princ. & §. igitur nuda, eo. tit.

2 Igitur naturalis ista ęquitas seruandæ fidei, omnibus non æquè inest: sed cũ distinctione quadam. Interdum.n. æquũ est, vt aliud alio sit præstantius & efficacius; & ęquo ęquius inuenitur. l. si seruus cõis.§. quod verò. vers. idq; euidentius. ff. de furt. & gl. in l.i.§.i. in verb. ars. in fi. ff. de iu. & iu. quã ibi parum probè irridet Garz. col. xij. circa princ. nu. 46. Et quod amplius est, inuenit ęquissimum. l. æquissimum. ff. de eo per quē fact. er. l. ij. in prin. ff. de bo. poss. s̃m tab. l. æquissimum. ff. ad tert. & summa æquitas inuenit. l.i. in princ. ff. qđ quisq; iur. l. gñali. ff. de noxal. l. eum qui. ff. de dona. l. bonafides. ĩ pri. ff. depositi: Vt facile appareat ęquitatem gradibus distingui, & non oēs cõuentiones pari æquitate niti. Quod mihi omnino probat prætoris edictũ cũ interpretatione subsequuta.

3 Accedat, q iusgen. tametsi naturali ratione fuerit introductum. l. oēs populi, in fi. ff. de iust. & iur. §. singulorum, Insti. de rerũ di. & §.i. versi. nam qđ Inst. de iure nat. gen. & ci. tñ non omnia ad rigidã, & inflexibilem rõnem direxit: sed partim vsu docente, partim necessitatibus exigentibus humanis constitutum est. §. ius autem gentiũ. Inst. de iu. nat. gen. & ci. ita tñ vt ab æquitate naturali non recederetur, d. l. omnes populi,

4 Nam, per deos immortales, si omnia ad rigidā, & stoicam illam seueritatem, ac inflexibilem rationem fuissent directa. Quid hoc ius gentium aliud esset, q; ius rigidū, ius strictum, durū, acerbū, asperum, prefractum, & seuerum? Quod non satis in iure nostro laudatur. l. nulla. ff. de legib. l. si compēsandi. C. de hęr. insti. l. iij. in prin. ff. de cust. Nā ius strictum, & durum ius humanitati. i. ęquitati opponitur. l. Pantonius, in prin. ff. de acqui. hęr. l. i. C. de legib. l. placuit. C. de iudi. Econtra humanitatem amplectuntur iuris interpretes. l. si ita scriptum, ff. de lib. & posth. l. i. §. si quis operas. ff. ad tert. l. pen. §. de illo. ff. de cond. & demon. l. Thais. §. libertatem, in fine. ff. de fideicom. lib. l. inter eos. §. i. & ibi Bart. ff. de fideiuss. l. benignius. ff. de legib. c. vlt. de trāsac. & alioqui mera rō pro stricto iure accipit. l. si mandauero. §. si hi quorum, & ibi glo. in verb. mandatum ff. mandati.

5 Cum itaq; animaduertissent gentes non eādem in oībus æquitatis rōnem subesse: vsu ita docente & humnnis necessitatibus exigentibus, non eūdē omnibus conuentionibus vigorem præbuerunt. Neq; n. vno die natum est ius gen. sed per interualla temporum introductum fuit, vt pātet ex l. i. ff. de cont. emp. & in l. manumissiones. ff. de iust. & iure, & l. libertas, de sta. ho. & §. seruitus, Insti. de iure perso. & §. ius autem gentium, Insti. de iure na. &c. & in l. si id, quod. ff. de cond. indeb.

6 Non obst. fm, quod dicitur in omni conuentione subesse consensum, & ex consensu nasci naturalem oblōnem, vt in l. stichū. §. naturalis. ff. de sol. q oblō in oībus conuentionib. est eadē, & vigoris eiusdē. Respondeo, oblōnem naturalem non semp, nec vbiq; habere vim atq; potestatem eandem: se inter-

durum ea efficacior est, interdum debilior: prout à cõstitutionibus iurisgen. vires acceperit, quo iure nõ nata, sed instituta fuit obligatio. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Ideo non aliam efficacitatem conuentio, seu obligatio vlla consequuta est, q̃ eam quæ sibi à gentibus fuit attributa, quę nõ ad lineam vnam rectam & inflexibilẽ oĩa direxerunt, sed vsibus & necessitatibus humanis, salua tamen humanæ rõnis rectitudine accomodauerũt, vt sentit tex. in d. §. ius aũt gentium, Insti. de iure na. gen. & ciui.

7 Quod autẽ non sit par virtus obligationis naturalis in cõuentione oĩ, ostendit text. in l. fideiussor obligari. §. fideiussor accipi. ff. de fideiuss. & in l. naturales. ff. de act. Quibus ex locis perspicue percipitur ex naturali oblĩone interdum competere actionem, interdum retentionis seu except. ius; Naturales (inquit) obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua earum nomine cõpetat: verum ẽt cũ soluta pecunia repeti nõ põt. Et aduertatur, q̃ ĩ d. §. fideiussor, distinguitur ciuilis à naturali oblĩone, postea dicit, pro naturali obligatione cõpetere actionem qñq;, qñq; impediri repetitionem.

8 Et sic non vna eademq; est efficacitas cuiusuis naturalis oblĩonis: Et hanc varietatem obligationes huiusmodi à iure gen. nactę sunt. Quod ẽt animaduerterunt Mod. in d. l. pacta cõuenta, num. 29. ff. de contrah. empt. cũ inquiunt in oblĩone naturali varios reperiri gradus, & alteram altera efficaciorem esse. Et Carol. Ruy. hoc loco, col. vi. in prin. nu. 9. Quibus stantibus cõcludendum est pro pacto nudo obseruãdo nullum efficax remedium iuregent. ꝓditum fuisse, sed illud solo exceptionis, & retẽtionis iure fuisse munitum. l. Iurisgentium, in prin. & §. igitur nuda, ff. de pact. iuncta. l. i. in prin. eo tit.

Dixeri

9 Dixerit quispiam iure pōtificio quod iurisgent. æquitati innititur, & naturalem imitat rationem dispositum fuisse, vt ex pacto nudo actio nascatur c.i. de pact. vbi cōiter doct. igitur credendū est idē iuregentium fuisse cōstitutum:

Ad hoc patebit responsum, ex his quę paulo īfra explicabuntur, lib. ij. vbi de pacto nudo ƒm Pontificias sanctiones tractabitur, & actionē pro pacto nudo obseruando non dari ostendetur.

10 Cum aūt antea demōstrauerimus manum regiā non fuisse iurisg. remedium, quo pecuniam homines sibi debitam psequerent, & verisimile sit post obligationes institutas, modum aliquem pecuniā debitam coram rege persequendi, eodem iure ītroductum fuisse: non ab re perscrutādum est, quis, qualisve is modus, quôdve hoc remedium fuerit. De qua re sequenti capite tractabimus.

CAP. X.

Remedium ad agendum aliquod iuregentium proditum fuisse uerisimile est. nu. 1.

Iura constituere parum est nisi ad effectum perducantur numero. 1.

Manus regia an sit remedium agendi, nu. 2.

Actio iuregentium uigebat. nu. 3.

Iuregentium condicitur quod quis sine iusta causa possidet, nu. 4. & 7.

Actio de dote in bonum & æquum concepta est, nec perit capitis diminutione: Ideo iurisgentium est, nu. 7.

Ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, numero. 6.

Ciuili

Ergo obligationes, quæ iuregentium fuerunt institutæ, aliud pariunt, quàm iudicis officium, & quàm manum regiam. 19.

Agere instituit .i. experiebatur in iudicio. nu. 21.

Nemo experitur sine actione. 21.

Exceptio iuregentium fuit introducta, nu. 22. & 23.

Exceptio præsupponit actionem antecedentem nu. 24.

Geminatio magis enixam ostendit uoluntatem. 24.

Conuentio iurisgentium aliqua parit actionem. 24.

Idem uerbum ad plura relatũ æqualiter determinat, 25

Prætor tuetur pacta in eo statu, in quo inuenit. nu. 26.

Et sequitur æquitatem, & sic ius gentium. 26.

1 NEMO dubitat, quin, quemadmodũ obligationes Iuregen. fuerunt institutæ. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure: ita etiam eodem iure prospectũ fuerit, quo remedio, quôve modo experiri deberet creditor, & id, quod sibi debebatur, petere & persequi coram Rege. Parum est enim iura esse constituta, nisi ad effectum perducantur. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iu. qui tex. demonstrat, solitos fuisse reges iudicare, prout & postea consules: qui in locum, potestatemq; regum successerunt, paucis immutatis, ius dicebant. d. l. ij. §. quod ad magistratus, quale aũt fuerit istud remedium, non satis liquet.

2 Pleriq; n. manum regiam esse arbitrati sunt. Quę sñiam à me paulò antea fuit reprobata. Nec ptãs regis sola ad hoc sufficere vr̃: prout nec magistratuum iurisdictio: qui in locum regis successerunt, sufficit; sed ius aliquod in persona creditoris resi-

dens, vt̄ necessarium: quo petere, & experiri posſit l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt.

3 Dico igitur actionem, ſeu petitionem actionis vim habentem, Iuregent introductam fuiſſe: qua experirentur creditores coram Rege, penes quem omnium magiſtratuum poteſtas, & iuriſdictio reſidebat. d. l. ij. §. quod ad magiſtratus. ff. de orig. iur. q̄ cōcluſio ſi defenſa iure fuerit multos magnoſq; ꝑducet effectus, vt aïaduertit, Bart. in l. ex hoc iure col. iiij. propè fi. nu. 13. ff. de iuſt. & iu. Quod autē actio iureg. ꝑdita fuerit multis oſtēdit argumētis.

4 Primò in hanc ſententiam adducitur tex. in l. rerū quidem, in fi. ff. ſol. ma. Vbi vxor marito res ſubtraxerit, nec diuerterit maritus ab ea, quod ſubtraxit, condicere poteſt. Subdit rationē. quia, inquit, quod quis ſine iuſta cauſa poſsidet, iuregen. condici poteſt. Datur ergo eo caſu condictio ex iuregentium: quæ condictio eſt perſonalis actio. §. ſic itaq;, ver. appellamus, Inſt. de actio.

5 Glo. in d. l. rerum cauillando reſpondet Iuregēt. condici. ſ. ſuperaddita actione à iure ciuili. Secūdo intelligit iuſgentium, quod inuentu ciuile eſt, ſed à gentibus receptum. Id enim iuſgentium appellari pōt, ut in l. an inutilis. §. vlt. ff. de accep. Quam ſolu: probat Bar. in d. l. ex hoc iure col. v. in prin.

Quæ tn̄ interpretatio non eſt admittenda: quia, cū nulla neceſsitas cogat, à propria ſignificatione verborum non eſt recedendum. l. non aliter, de leg. iij. ꝙ autem nulla vrgeat neceſsitas poſtea oſtēdetur. Quinimò ſentit ibi Iuriſcon. marito aduerſus uxorem matrimonio durante in caſu illo proditā non fuiſſe actionem iure ciuili. Ideo recurrit ad iuſgen. quo iure id, quod quis ſine iuſta cauſa poſsidet cō dici poteſt, & ſic loquitur de remedio iuriſgētium.

quicquid dicat gloss.
6 Secundo hanc opi. fulcit tex. in l. eas. ff. de cap. di mi. Vbi actio de dote dr̄ habere naturalem prǣstationem, & dr̄ concepta in bonum & æquum ideo durat post emancipationem: Quia, inquit lex, ciuilis rō naturalia iura corrumpere nequit. Sentit igitur iure gen. competere actionem de dote, quę iure ciuili perierat. Et quod dr̄ conceptam in bonum, & æquum actionem. Intellige hoc est ſm̄ pręcepta iuris gen. quod est semper bonum, & ęquum. l. pe. de iust. & iu. & manifestè ibi sentit perijsse iura ciuilia ex capitis diminutione per ius ciuile īducta: Superest tñ ius gē. quod naturale appellatur, & hoc iure tutus est, qui capitis passus est minutionē; q̄a vt subijcit lex ciuilis rō non potest corrumpere iura naturalia uult ergo dicereq; supsunt adhuc iura naturalia. i. ius gen. efficax, licet pierint iura ciuilia:
7 Tertio suffragat̄ l. indebiti, in prin. ff. de cond. inde: vbi inquit lex. Indebiti soluti condictio naturalis est, Ideo quod rei solutæ accesserit venit in condictionem, & alibi dr̄, q̄ condictio illa ex bono, & ęquo introducta est, & propterea q̄ alteri apud alterum sine cā deprehenditur reuocare cōsueuit. l. pe. co. ti. Glo. r̄ndet naturalem appellari cōdictionē illam non quia sit iuris g. sed quia naturales accesſiones in eam veniunt. Ego dico naturales accesſiões in eam venire, quia ipsa naturalis est, hoc est iuris gen. & ex bono, & ęquo introducta, vt expressum est in d. l. indebiti, & in d. l. pe. Quod enim sine iusta causa apud aliquem reperitur, iure gen. condici potest. d. l. Rerum.
8 Quarto opitulatur l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. vbi is cuius bona sunt publicata quiq; ciuitatem amisit: vt in l. amissione, in prin. ff. de cap. di

mi.&l.vltima,eo.ti.potest facere mandatū ad emē dum,&illi datur vtilis mandati actio,aduersus eū qui ex mandato emerit.Cum itaq; amiserit ciuitatem,& ibi actionem ex contractu iurisg. cōsequatur,non possumus dicere actionem illam iure ciuili institutā fuisse,sed esse iurisgen.alioqui amissa ciuitate nullū bñficiū habere pōt.l.quidā.ff.de pœn.

Respon.Bar.in d.l.ex hoc iure,col.v.circa princi. nu.13:actionem deportato dari in quandā cōsequētiam:cum.n.illi permittatur cōtractum facere in consequentiam conceditur, vt actionem acquirat alioqui frustra illi beneficiū cōtrahēdi pmitteret.

9 Hæc rñsio non est admittenda, alioqui amissio ciuitatis nihil,aut parū noceret cum tñ publicè interfit malemeritos,ut aliis exēplo sint ad deterrēda maleficia ēt egestate laborare debere.l. bonafides ff.depositi.Ideo nō est credendū leges ciuiles quos omni ciuitatis iure mulctauerunt,eis malemeritis aliquid ciuilis beneficij impartiri. Nec ad rem, q frustra contrahere esset permissum si actione careret. Dico enim de hoc non esse anxium ius ciuile. imò eū egestate laborare vult. d.l.bona fides. Nec verum est,q lex deportato indulserit, vt cōtractū facere possit:sed non ademit.Cum.n.ciuitatem tm ademerit,illi saluum permanet ius gentium. l.quidam,ff.de pœn.quæcunq; igitur iure gent. omnibus licent,eadem deportato licebunt mero iure.d. l.quidam.Ius ciuile nullum illi saluum erit: quicquid dicat Bar.

10 Quamobrem cum Iurisconf. in d.l. si mandauero.§.is cuius.ff.mand. dicat vtilē actionem mādati deportato competere, defendendum est actionē hanc iureg.institutā fuisse.Et ideo, quēadmodum cętera,quæ sunt iurisg. huic sunt reseruata.d.l.quidam:ff.de pœn.ita etiam actionem eo

dem iure institutam habebit: & hunc sensum sua-
det ratio expressa in d.§. is cuius.
11 Ait enim ibi lex hoc ideo fuisse receptum, quia
post deportationem, quicquid acquirit sibi nō fi-
sco acquirit, quæ ratio optima est, si admittimus,
actionem illam iure gen. institutam fuisse: sed si di-
xerimus actionem fuisse proditam iure ciuili rō il
la nihil concludit. Non enim bona esset consequē-
tia ista, Iure gent. acquirere potest ergo etiam reme
dia iuris ciuilis consequitur. hoc enim ridiculū est
& dissonans: nec quicq̄ habent ista duo inter se cō
mune, ergo &c. l. papinianus exuli. ff. de minor.
12 Et aduerte, ꝙ in d. §. is cuius non dubitat̄, vtrum
aliquid iuris ciuil. illi acquiri possit: sed dubitatio
in eo versatur vtrum sibi an fisco acquirat: & con-
cluditur acquiri deportato, quia, īquit post depor
tationem quæsita non pertinent ad fiscum. In cęte
ris præsupponendi sunt termini habiles. l. qui te-
stamento. ff. de testa. & sic acquisitio præsupponi
debet facta in eo cuius est capax deportatus: hoc
est de his, quæ sunt iuris g. d. l. quidam. ff. de pęnis.
Igitur actio, de qua ibi fit mentio, Iuris gentium est
quicquid alij dicant.
13 Quintò hæc conclusio probatur in l. cū amplius
§. is natura. ff. de reg. iur. Vbi is natura debere dicit̄
quem iure gen. dare oportet. Pręsupponit enim nō
omnes eos, quorum fidem sequuti sumus, rectè di-
ci natura debere, sed ita demum si eos dare opȝ iu-
re gen. i. si cogi possunt inuiti iure gen. ad dandum,
aliqui sunt ergo quorum fidem sequuti sumus: q
tamen non possunt ad dandum gentium iure com
pelli: sed hi per abusionem dicuntur naturales de-
bitores: qui uerò actione compelli possunt propriè
naturales debitores appellantur. l. fideiussor. §. fide
iussor,

iussor.ff.de fideius. Tractatur aūt ī d.§.is natura. de eo q verè & ꝓpriè naturalis debitor appellari pōt & illū esse dr̄, quem iuregentium dare oportet. Apparet igit̄ etiam hoc tpe posse aliquē iuregē. cōpelli ad soluendū. Igitur actio aliqua est iurisgē. cū alioqui nemo sine actione experiri possit.l.si pupil li.§.videamus.ff.de neg.gest.l.quoties.§. itē si tpali. ff.de admi.tu.l.tutores qui, in prin.eo.ti.l.si quid.§.
13 sicut vers.illud.ff.de pet.hær. Potest ēt tex.in d.§.is natura, aliter intelligi in verbis illis cuius fidem sequuti sumus, vt.s.accipiamus ibi agi de his qui ex aliquo contractu noīato sunt obligati. Proprie.n. ci⁹ fidē sequi dicimur, qui ex aliquo cōtractu noīato obligatus est.l.i.§.i.ff.si cer.pe. vbi sub tit.de reb. credit.cōplectitur præter omnes contractus quos alienā fidē sequuti instituimus.d.l.i.& tū in tit.illo de cōuentionibus nudis nō agitur quasi nō videamur fidem alienā sequi, ex pacto nudo. Alioqui si ēt ex pacto nudo sequi alterius fidē dicimur: men-
14 dax est Vlpianus in d.l.i.ver.oēs. Sexto tuetur hāc sn̄iam tex.in l.fideiussor obligari.§.fideiussor accipi.ff.de fideiuss.& id l.naturales.ff.de act. & oblig. Quærit̄ in primis in d.§.fideiussor quibus oblōnibus accedere possit fideiussor. & cōcludit fideiussorem accipi posse quoties est aliqua oblō ciuilis, vel naturalis cui applicet̄, & sic distinguit ciuilē à naturali. Deinde quærit qūo intelligere debemus naturalem oblōnem, sup quā fideiussor accipi pōt: & respondet naturales oblōnes non eo solo æstimari si actio aliqua earū nomine cōpetit: verūetiā cū soluta pecunia repeti nō potest.d.§.fideiussor, & d.l.naturales. Duobus igitur modis naturalis obligatio accipitur, primo quando ex ea competit actio; secundo quando retentio, seu exceptio datur.

15 Sequitur ex his actionem sæpe competere ex naturali obligatione: quæ a ciuili distincta est, vt supra. Ergo actio naturali iure, hoc est gentium fuit introducta. Et aduertatur in d.l. naturales, & in d. §. fideiussor, minus dubium esse, quod obligatio, ex qua competit actio sit naturalis quam illa pro qua datur tantum retentio: dicit enim naturales obligationes non eo solo. i. non tantum æstimari, si earum nomine actio competat: & sic minus est dubium quod naturalis sit illa quæ actionem parit quam quæ parit retentionis ius. Verba enim illa, non eo solo, quæ non tantum, significant exprimunt casum minus dubitabilem, & implicant alium magis dubium Bar. in l. i. in princi. ff. si quis iusdicen. non obtemp. & ibi Pau. Cast. & Alex. & alij communiter præcipue Cagno. nu. 40.

16 Est itaque magis dubium, an propriè dicatur naturales obligatio illa quæ retentionem & exceptionem tantum parit, quam ea quæ parit actionem. Igitur naturalis obligationis proprium est, quod sit efficax, & actionem pariat: quæ verò impedit soluti repetitionem non propriè cōstituit debitorem. d. §. fideiussor. Aduertatur præterea quod in d. §. fideiussor, naturalis obligatio cuius nomine competit actio ponitur ad differentiam ciuilis obligationis: & tamen concluditur eius nomine actionem competere, quo fit vt omnino fateri oporteat, eam actionem iuregentium institutam fuisse.

17 Septimò, Obligationes iuregentium fuerunt institutæ l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Obligatio autem parit actionem l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc. vbi loquitur de ea obligatione quæ ex gentium iure descendit. Igitur eo iure actiones viguerunt.

Accedat quod frustra obligationes fuissent institutę, nisi etiam proditum fuisset remedium ad eas exequen-

quendas. Quod Bar. absurdum putat in deportato & malemerito, in l. si mandauero. §. is cuius. ff. mã: Igitur multo magis absurdum existimandũ est in eo, qui nihil deliquit.

18 Nec dicatur manus regiæ auxilio huic necessitati fuisse satisfactum: quia antea demõstraui manũ hãc regiam non fuisse remedium, nec ius petendi, seu exigẽdi residens in parte: sed pro potestate, & imperio, seu iurisdictione regis accipi debet, vt ĩ l. ij. §. quod ad magistratus, iũcto prin. eius. l. ff. de orig. iur. Quæ res, quãtum differat ab actione nemo

19 nescit. Deniq; officium iudicis nullam præsupponit obligationem l. qui per collusionem. §. vlti. ff. de act. emp. tamen iurisgentium obligationes introduxit. d. l. ex hoc iure, vt intelligamus non totũ in manu regis nec in officio regio residisse, sed aliqd' ius petendi acquisitum fuisse creditori ex obligatione cõtracta: quod aut actio erat, aut actionis munere fungebatur. d. l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc.

20 Aduertendum est præterea, circa tex. in d. l. ex hoc iure. cum ait, obligationes iuregẽtium institutas fuisse paucis exceptis, id enim ita accipi oportet, eas obligationes efficaces fuisse, & actionem peperisse: prout & paucæ illæ à iure ciuili ĩtroductę & exceptę pariunt, quæ sine dubio actionem pariunt. Vt igitur congrua sit exceptio prout op. l. nam quod liquide. ff. de pen. leg. Alex. cõsi. xxxvi. col. i. lib. vi. & in l. seruum. C. qui test. fac. poss. Roma. in consi. cxvij. Dec. in l. i. nu. 2. ff. de reg. iur. defendemus obligationes iuregentium institutas peperisse actionem.

21 Octauò. In initio ciuitatis añ leges latas pop. Roma. agebat, i. experiebatur in iudicio d. l. ij. in prin. ibi, agere instituit: quod ego interpretor. i. experi

ri, sanè nemo sine actione experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Igitur gentes litigando aliqua semper vsi sunt actione, seu petitione, rudi fortè & informi, non certa nec solenni: narrando. s. factum: & petendo, aduersarium ex illo, vel illo contractu obligatum condemnari ad dandum id, quod debebat.

22 Nonò. Exceptio iuregentium fuit introducta, tradunt Mod. hoc loco, vt Bal. no. nu. 22. Galia. nu. 209. & Ver. nume. 70. Sanè exceptio nihil aliud est quam actionis exclusio l. ij. ff. de excep. & Insti. eo: ti. in princ. Item priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obl. l. manumisiones. ff. de iusti. & iur. Igitur fateri oportet, actiones ante exceptiones fuisse institutas. Ergo iuregentium sunt proditæ actiones.

23 Quod autem exceptio iuregen. fuerit instituta, ex eo ostenditur, quod hę ex æquitate procedunt, l. qui æquitate, & ibi gl. ff. de doli mali excep. Fede. Senen. consi. xc. col. iij. Bart. in l. si vnus. §. pactus ne peteret col. v. propè fi. ver. contra istud. nu. 14. ff. de pact. & Sign. consi. cxxxix: qui dixit æquitatē exceptionis esse matrem, & Azo. in summa, in tit. de excep. vbi ait oēm excep. ęquitate niti Alb. in l. planè. ff. de pet. hær. Ang. Are. in §. i. col. vi. Inst. de acti. quæ æquitas iurisgen. propria est. l. pe. ff. de iust. & iur. Bar. tamen in d. l. ex hoc iure, col. v. in fi. nu. 19. scribit exceptionem esse iuris ciuilis remediū, quod mihi non placet: quia negari non potest quin exceptio sit defensio. Ideo in iure naturali fundata est. l.

24 ij. ff. de iust. & iur. Decimo hanc eandē tuet̄ snīam tex. in l. Iurisgentiū. in princ. ff. de pact. vbi expresse ait lex, ꝙ Iurisg. conuentiones, quędam pariunt actionem, qui tex. cauillari nō pōt, Ipsa. n. cōuētio iurisg.

iurisg.parit,& ex ipsa nascit̃ remediũ istud quã actionem vocamus. Nõ ait lex dari actionẽ,nec cõ petere actionem,nec aliquo verbo æquiuoco vtit̃: Sed dilucido & ꝑspicuo verbo ostẽdit nasci actionem ex hm̃oi conuentione. Ait.n.pariunt actionẽ. Et id quidem bis repetit:quæ repetitio magis enixam intentionem ostendit.l.Balista. ff.ad trebel.

25 Deniq; verbum,pariunt,& ad actionẽ & ad exceptionem applicatur: sic.n.concepta sunt verba. IVRIS GENTIVM conuentiones quædam pariunt actionem,quędã exceptionem. Sanè non est dubiũ,quin conuentiones illę quę exceptionẽ pariunt,sine iuris ciuilis adminiculo verè,& propriè pariãt d.l.iurisgentium.§.igit̃ nuda. Eadem rõne dicemus Iurisg.cõuentiones illas, quę pariũt actionem,verè & propriè parere,&sine iuris ciui.adminiculo:vt idem uerbũ ad vtrunq; relatũ idẽ significet,& æqualiter determinet,iuxta l.iam hoc iure. ff.de vul.& pup.l.titię.ff.de cond.& dem:c.cognouimus.xĳ.q.ĳ:c.cũ ĩ tua.de decim.c.quia circa. de priui.Cle.i.de elect.l.hæreditatẽ.C.de impub.l.ĩ testamẽ.C.de testa.mil.

26 Vltimo prætor tuet̃ pacta in eo statu,&vigore,in quo illa inuenit.Nihil.n.addidit nec detraxit:sed simpl'r se illa seruaturum pollicitus est.d.l.iurisgentiũ.§.pretor.ff.de pact.qđ Docto.interpretant̃ in eo vigore seruari in quo fuerũt inuenta.Sanè pretor in hoc edicto sequit̃ naturalẽ æquitatem.l.i.in prin.ff.de pact.&,ꝑ quibusdã actionibus iurisg.dat actionem, pro quibusdã exceptionem tm̃.d.l.iurisgentiũ in prin. Igit̃ fateri opꝫ æquitate naturali, & iuregentium pacta sic fuisse distincta,vt aliqua actionẽ parerent,aliqua excep. Ex his liquidò cõstat actionẽ seu petitionẽ,seu petendi,& agendi ius institutum fuisse ex iuregent.

27 Quæ sententia placuit Ray. Foroliuię. & Bal. in d.l. ex hoc iure, & Io. Fab. Insti. de act. in princip. & Zas. in d.l. ij. nu. 52. & ibi Cagnol. in ver. his legibus nu. 93. alias nu. 52. in. iij. no. ff. de orig. iur. & Aqueñ. in d.l. ex hoc iure, col. xij. Zas. in d.l. ex hoc iure. col. pen. nu. 41. Claud. Aqueñ. in l. vt vim colũ. ij. circa med. nume. 8. ff. de iust. & iure.

Non omitto etiam in codicibus antiquis in l. ij. ff. de excep. hanc quæstionem his verbis fuisse decisam. Sicvt exceptiones iurisgentiũ sunt, ita & actiones. Quę verba deinde ab aduersæ partis authoribus fuerunt abolita. De quibus verbis meminit Bar. in d.l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. col. v. prope fin. nume. 19. Tamen ad eam defendendam cętera sufficiunt argumenta.

CAP. XI.

Actio iure ciuili introducta est secũdum cõem. nu. 1. L. ij. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur. nu. 1, 2.

Componere quid significet, nu. 2.

Actiones quoad formam sunt ciuiles quoad materiam, iurisgentium. 2.

Exceptiones quoad formam sunt ciuiles, quoad materiã sunt Iurisgentium. 2.

Actiones ex legitimis, & ciuilibus causis descendentes. numero. 4.

Actio, idest actus. nu. 6.

Ciuile ius quo utitur ciuitas. 6.

Superficiem habens in alieno solo ciuili actione subnixus est. numero. 7.

Actio formam accepit à iure ciuili, nu. 9.

Ciuilis

1 CONTRARIAM sententiam q̄ immo actio iure ciuili sit introducta probat glo. in l. ex hoc iure ff. de iusti. & iu. & ibi Bart. sequitur col. v. circa prin. nu. 13. & ibi Mod. in additio. qui communem attestant̄ Bart. in l. cas. ff. de cap. dimi. latè tuet̄ Ias. Inst. de act. § pn.

Pro opinione communiter recepta adducit tex. qui vt irrefragabilis in l.ij.§.deinde ex his legib.ff. de ori.iu. Vbi est expressum, Ex legibus latis eodē ferè tpe compositas fuisse actiones, quibus inter se homines disceptarent, Quas actiones, ne ppl's, put vellet, institueret, certas solēnesq; esse voluerūt.

2 Tamen tex. ille rectè intellectus non probat hāc snīam. Non ait lex, inuentas fuisse actiones iure ciuili, sed cōpositas, hoc est formatas & coagmentatas, & cōglutinatas, seu ex multis in vnū redactas, seu in aliquā nouam formā constitutas. Ita accipit, verbum cōponere, & cōpositum in prima cōstit. cod. §. quibus ibi, ex ijsdem tribus codicibus, & nouellis cōstitutionibus leges cōponere, & in. ij. cōst. ver. multis insuper, & in Proœ. Digest. in prin. & in l. ij. ver. quæ oēs, de orig. iur. & in Proœ. Insti. §. oēs vero, & §. quas ex omnibus. Vigebant ergo antea actiones: rudes tū & informes, incōpositę atq; inordinatę. Ita interpretat Bal. in l. ex hoc iure, vbi dicit, actiones quoad formam specificam iuris ciuil: esse, quoad materiam, & finem ac formam incertā seu generalem iuris gentium esse. Sequitur Claud. Aquen. in d. l. vt vim, col. ij. nu. 8. ff. de Iust. & iu. & Cagno. in d. l. ij. §. his legibus, col. ij. nu. 52. ff. de ori. iur. & ibi Zas. nu. 52.

Similem distinctionem exceptionū trad. Abb. i rub. de excep. & ibi Fel. multa cumulat. Idem trad. Ang. Aret. in Insti. de excep. vt Rub: col. vij. & Cla. Aquen. in d. l. vt vim, col. ij. nu. 8.

3 Secundo hanc cōem, & receptam opin. tueri vt tex. in §. sed istę. Insti. de act. Vbi actiones de quib⁹ antea facta fuerat mentio, & si quæ sunt similes, ex legitimis (inquit) & ciuilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas prętor ex sua iurisdictione

com

cōparatas habet, & sic videtur fieri actionū distin ctio, vt partim ciuiles sint, partim sint prętoriæ, de actionibus iurisgentium nulla fit mentio.

4 Responderi potest non fuisse ibi factam mentionem de actionibus, quæ descendunt ex contractibus iurisgentium. Et propterea rectè dicuntur procedere ex causis ciuilibus l. legitima. ff. de pact. Immò cùm dicit eas, & similes descendere ex causis ciuilibus innuit alias non similes nō ex causis ciuilibus procedere, & sic fieri posse, vt aliquæ ex iurisgentium causis proficiscantur: alioqui si actio omnis ciuilis est superfluè addidit eas ex causis, ciuilibus descendere. Et licet nulla ibi fiat mentio actionum iurisgen. sat est tamen, si aliundè cōstet, quia lex vna per aliam suppletur. l. non est nouum. ff. de legi. Dec. in l. i. propè fi. ff. de reg. iur.

Deniꝗ eas ciuiles appellauit ad differentiam earum, quæ sunt iurisg. alioqui superuacuo epitheto ciuiles nūcupasset: si nulla est actio q̄ nō sit ciuilis.

Postremò dic, ꝙ actiones ibi non dicuntur ciuiles: sed ait ꝙ actiones illæ de quibus ibi fit mentio ex legitimis, & ciuilibus causis descendunt: prout interdum descendunt ex legitima conuentione, interdum ex naturali. l. legitima cum l. sequent. ff. de pactis.

5 Tertio adducitur tex. in l. In commodato. §. sicut ff. commo. Vbi in commodato geritur negociū inuicem: & ideo inuicem propositæ sunt actiones, vt appareat quod in principio bñficij ac nudæ voluntatis fuerat, conuerti in mutuas præstationes, actionesꝗ ciuiles. & sic ibi actio ex cōmodato, q̄ cōtractus est iurisgen. descendens ciuilis appellatur.

6 Respondetur verbum actiones eò loci pro pręstationib, seu ꝑ actu accipi, quod interdum fieri solet

vt per glo.in l.eos.C.de diuer.præd. vrb. & Rustl. lib.xi.& in l.iij.in fi.ff.de don.inter virum, & vxo. & in auth.hoc ius porrectum vbi gl.no.C.de sacro sanct.eccle.& ibi Doct.

Secundo respondetur ciuilem dici actionem.i. qua vtitur ciuitas:tñ per hoc non dicitur esse iuris ciuilis,prout discrepat à iuregentium : sed quia eo vtitur ciuitas,ciuilis dr.Cæterùm non semper mero iure ciuili vtit ciuitas, sed eo iure vtitur, quod aut ex naturalibus pręceptis,aut gentium,aut ciuilibus collectum est.l.i.§.huius studij, ver.priuatũ. ff.de iust.& iu.Alia rñsio paulò infra adducetur.

7 Ad idem est tex.in l.i.§.i.ff.de superficieb. Vbi q̃ superficiem in alieno solo habet ciuili actione subnixus esse dicitur. Nã,inquit,si conduxit superficiem,ex conducto,si emit,ex empto agere cum domino solo potest.Quo loco actio ex emptione descendens,& ex locatione,qui contractus iurisgen. sunt d.l.ex hoc iure,de Iust.& iur. &.§.ius aũt gentium,Insti:de iure nat.gen.& ciui.l.i.in princ.ff. locati.appellatur ciuilis.

8 Responderi potest,mentionem factam esse de actione ciuili ad differentiam actionis iurisgentiũ : Et sic innuit reperiri actionem iurisgentium.

Secundo dic, fortè de superficie actionem nullã iuregentium proditam fuisse ideo; necessaria fuit ciuilis,arg.l.legitima.ff.de pact.

Tertio responde ibi appellatam fuisse actionem ciuilem ad differentiam prætoriæ : quę responsio quadrat etiam ad tex.in d.§.sed istæ,Insti.de act.& ad.l.incommodato.§.sicut.ff.commodati. Sic ciuilis obligatio ad differentiam prętoriæ dr in.§.i. Institu.de obligatio.

9 Quarto responsio dari potest alia gñalis, quę ad

omnia argumenta quadrare poterit:quamq; addu cunt Bal.Acqueñ.Zas.& Cagnol.in locis paulo ante allegatis.Vc3 appellari actionem ciuilem ea rõne,quia institutæ à Iuregen.formam à iure ciui.ac ceperunt:addendo enim & detrahendo Iurigen. efficitur ius ciuile.l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur.Quod enim à iure ciuili receptum est atq; comprobatum dr̃ ius ciuile.Inst.de obl.§.i.facit tex:in l.i.§.sed neq; ver.omnia.C.de iure vet.enuc.

10 Huius distinctionis effectus est, vt sublato vinculo ciuili duret interdum iurisgentium obligatio l.Iulianus.ff.de cond.indeb.& cui adempta sunt iura ciuilia iuregentium vti,& agere posit l.si mandauero.§.is cuius.ff.mand.Quod ad exules seu bãnitos producit Bar.in d.l.ex hoc iure col.iiij.in fin. nu.13.per l.quidam.ff.de pęnis.

11 Pro eadem cõi opinione adduci potest tex. Inst. de oblig.§.i.vbi omnis obligatio efficax, seu q̃ vinculum iuris parit,de quo ibi agitur:aut ciuilis est, aut prętoria.Et sic omnino excluditur naturalis obligatio,quoad effectum vinciendi, & obstringendi necessitate soluendi,vt ibi:cum igitur obligatio naturalis inter eas non constituatur, sed potius ab earum numero excludatur,quæ vinculũ iuris inij ciunt:quo necessitate astringimur alicuius soluendę rei gratia,ſm ciuitatis Iura, clarè patet ex obligatione naturali,& per consequens ex conuentione iurisgentium,actionem non oriri.

12 Responde obligationem naturalem nõ excludi, immò comprehendi constitutione illa:Solum.n.fecit mentionem ciuilis ad differẽtiam prætoriæ obligationis non vt excludatur naturalis, quæ comprehenditur in ciuili d.§.i.eo.ti.cum declarat,quæ dicantur ciuiles:eas enim esse dicit, quæ aut legib.

constitutę, aut certo iure ciuili comprobatæ sunt; quibus verbis apparet verbum, ciuiles, patere latius, q̃ vt merum ius ciuile à communi omniũ hominum iure distinguat.

Intelligimus ergo ciuiles obligationes, omnes, præter prętorias, ex quibus nasci potest actio, & quibus vtitur ciuitas siue ex præceptis iurisgen. siue ex ciuilibus fuerint collectę, vt in d.l.i.§.hui⁹ studij, ver. priuatũ, & l.oẽs populi, in fi.ff.de iust.&iu.

13 Ostenditur, & ex alio siquidem in d.§.i.Insti. de oblig: definit obligationem esse iuris ciuilis vinculũ, quo ſm nostrę ciuitatis iura astringimur &c. Non dixit simpliciter ſm merum ius ciuile, nec ſm præcepta ciuilia; sed ſm ciuitatis iura. Quę iura partim sunt ciuitatis ipsius populi propria, partim cõmuni oĩum hominum iuri conformia. l.oẽs populi, in princ. de iust. & iu. difinitur ergo ẽt actio quę iure gen. instituta est dumtñ ea vtatur ciuitas, quia verum est per eam induci vinculum ſm iura ciuitatis. i. ſm iusgentium, quo vtitur ciuitas.

14 Hæc.n. obligatio dr̃ recepta & comprobata à iure ciuili, & de hac sentit tex. in d.§.i. ibi, aut certo iure ciuili comprobatę sunt. Et hęc largo modo dicitur ciuilis ad differentiam prętoriarum. nõ autem dicitur ciuilis ad differentiam iusgentium. Nã solus vsus, & sola iurigẽ. receptio, seu cõprobatio, non stituit ius ciuile, à gentium iure distinctum, & separatum: sed ita demum si aliquid additũ fuerit, vel detractum. l.ius ciuile, de iust.&iu. Tñ largo modo totũ hoc quo vtitur ciuitas ius ciuile appellari potest, quibuscunq; ex pręceptis collectũ fuerit d.l.i.§.huius studij, ver. priuatum, eo.ti. & d.l.oẽs populi, in princ. eod.ti.

15 Sanè cum ait lex, oblĩones illas iure ciuili esse comprobatas

probatas perspicuè ostēdit eas non à iure ciuili, sed aliunde robur, atq; efficacitatem acquisiuisse. Præsupponit enim q illa obligatio vinculum iuris habeat quo obstringimur necessitate soluendi, præsupponit etiam eas postea receptas, & comprobatas à iure ciuili: & sic ante receptionem vinculū iuris habebant. Igitur constat iuregentium fuisse aliquas obligationes institutas, quæ efficaces erāt, & iuris vinculo obstringebant homines necessitate soluendi.

16 Et aduertatur, q verbum comprobatæ de quo in d. §. i. Insti. de oblig. duo potest significare: Videlicet quod lex obligationes huiusmodi confirmauerit, & adiuuerit, & hæc dicitur legitima conuentio seu ciuilis obligatio, & parit actionem, propter legis adiumētum, quod antea nō poterat. l: legitima ff. de pact. adiuuando enim aliquid addidisse intelligitur, & per consequens effectum est ius ciuile. l: ius ciuile. ff. de iust. & iure. Et hæc verè, & proprie dicitur ciuilis ad differentiam iurisgentium, d. l. legitima iuncta. l. seq. in prin. quibus in locis conuētio iurisgen. ponitur ad differentiam legitimæ, & è contra, vt patet ex l. conuentionum, eo. ti. quæ distinguit conuentiones, & deinde illius distinctionis exempla ponuntur, in d. l. legitima, & in d. l. iurisgentium, eo. titulo.

17 Alio modo pōt ītelligi verb. cōprobatæ, i. receptæ in vsum ciuitatis, & cōfirmatę in eo statu, & vigore, in quo fuerant repertæ, & hæc proprię dr̄ cōfirmatio, quæ nihil dat, nec adiumento est.

Et hęc retinet nomē iurisgent. vt patet ex d. l. iurisgētium, in principio. vbi fit mentio de emptione, venditione, locatione, & similibus: quas non est dubium à iure ciuili fuisse comprobatas, tamē

Iurisgen-

Iurisgentium etiam dicuntur ad differentiam earum, quę confirmatæ, & adiutę fuerunt à iure ciuili d.l. legitima cum d.l. seq.

18 Hęc confirmatio est illi similis, de qua loquit text. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. & Bar. in l. more col. 2 ante med. nu. 5. & eo. tit. & ibi Alex. col. iij. in prin. nu. 11. & 12. & ibid. Ias. & Dec. latè col. iiij. nu. 22. 23. 29. & 30. Et nihil addit, vt dixi.

Tñ efficax est, & actionem parit ex iuregentiũ, d.l. iurisgentium in prin. & hæ etiam comprehẽdi possunt, in d §. i. in verb. comprobatę sunt, Insti. de oblig. Verificantur enim verba definitionis. Nam verum est, ꝙ obstringunt necessitate soluendi, d.l. Iurisgentium in princ. Verum est etiam, ꝙ fuerunt iureciuili comprobatæ. i. in vsum receptæ: Verum est etiam, hmõi vinculo rerum obstringi ẜm ciuitatis iura, vt exigit tex. in d. §. i. intelligẽdo iura ciuitatis prout explicatur in l. i §. huius studij, versi. priuatum, de iust. & iure, & in l. oẽs populi, in princi. eo. ti. & sic tex. in d. §. i. Insti. de obliga. includit ẽt obligationes naturales, quæ iure gentium sunt effices, & pariũt actionem, de quibus in d.l. iurisgẽtiũ in prin. Et per consequens tex. in d. §. i. nihil opitulatur communi sententiæ.

19 Deniq; dato, ꝙ in definitione de qua in d. §. i. nõ includerentur obligationes iurigentium, quę adiumentum non acceperint à iure ciuili: Dato etiam ꝙ cõuentiones iurisgentium, de quibus fit mentio in d.l. iurisgẽtium parerẽt actionem legis auxilio, & ex eius cõfirmatione: nihil tñ prohibet quominus actiones ex iureg. descẽdãt: dicam enim actiones ex conuentionibus, quæ nomẽ habẽt propriũ eo iure ortas fuisse: vt multis cõstat argumentis, & rationibus quas lõgum esset repetere; & easdem à

iure

iure ciuili fuisse admissas, & combrobatas, & ex ea cõfirmatione non parum adiumẽti ac viriũ acquisiuisse: & sic actio hæc ex iuregẽ. orta, ac iure ciuili comprobata, semper est eadem : multo tñ efficacior post iuris ciuilis vinculum, quã antea esset.

20 In primis enim solẽnis est, & certa. l. ij. §. deinde ex his legibus de orig. iur. quę qualitates inspecto iuregẽ. non insunt, prout nec initio ciuitatis inerãt d. l. ij. in prin. ibi, sine certo iure agere instituit, ĩtelligẽdo ꝙ agebãt. i. experiebãtur, sine certo iure. i. sine certa actione. Item fortè nõ habebũt iura illa, q̃ maiores nostri subtilissimo aĩo, & diuino quodam motu actiõibus applicauisse dñr, in l. vlt. §. si quid enim. C. de lõgi temp. præscrip. sed nuda, & informes solo petẽdi, & exigẽdi iure erũt contentæ. Cuius diuersitatis effectus non caret vtilitate: vt confestim ostendetur.

21 Dico igitur Iustiniani eam intẽtionem fuisse ĩ d. §. i. Inst. de oblig. vt definiret obligationem efficacem sm ciuitatis iura: & sic non oẽm eam, quæ actionẽ parit: sed illas tm̃, quæ sm iura ciuitatis pariunt. Et per consequẽs ciuilem, & prætoriam tm̃ definiuit, non tñ negat quin possit reperiri aliqua obligatio efficax sine iuris ciuilis, aut prętorij adiumẽto: pręcipuè cum id extra alijs pateat iurib. quę nõ sunt correcta. Dicam itaq; ex cõstitutionib. iurisgentium, quæ nomen habẽt proprium oriri eodem iure actiones d. l. iurisgentium, quæ tamen nihil habeant iuris ciuilis.

22 Ex hoc eueniet, vt iuris ciuilis suffragio nudatę, nõ eãdem omnino uim atq; formam sint habiturę nec solẽnitatem, de qua in d. l. ij. §. deinde ex his legibus. ff. de orig. iur. nec potestatem vbiq; ius suũ, & effectum corporalẽ extẽdẽdi, de quo in d. l. vlti.

§. si

§.si quid enim.C.de prescrip.long.temp. Sed erũt incertæ d.l.ij.in prin. & vtiles.i. potius in facto q̃ in iure consistentes.Et propterea deportatus, qui actionem ciuilibus munimẽtis ornatã habere non potest l.quidam.ff.de pœnis.habebit talem,qualis iuregentium prodita est,d.l.quidam.Et sic non directam,non solennem,sed vtilem, & quodammodo in facto,seu facti narratione consistentẽ.l.si mãdauero.§.is cuius.ff.mand. vbi actio mãdati, quæ deportato datur,vtilis dicitur: quasi dicat nõ ex ciuili,sed ex gentium iure descẽdẽs.Quod nota.

23 Ita etiam procedit tex.in d.l.rerum quidem.ff. rerum amot.Vbi,quia marito contrà vxorem nulla erat prodita actio: qm̃ tamen iniquum erat eam locupletari cum iactura alterius iuregẽtium condicitur res amota:cuius possessio sine iusta causa erat apud vxorem.Et fortè dici potest eam esse vtilem condictionem:non talem,qualem producit ius ciuile,& qualis describitur in l.vlt.§.si quid enim.C. de prescri.lõg.temp.& in §.i.Insti.de actio. sed qualis suppeditatur ex iuregentium.

24 Ex his concordando opiniones, mihi videt̃ esse concludendum actiones inuentu quidem esse iurisgentium:& sic eo iure inuentas fuisse, & cognitas,quo verò ad formam,& ad solennitatem esse à iure ciuili introductas, & hac ratione possunt ciuiles appellari.l.ius ciuile.ff.de iust.&iu.prout etiam distinguunt Aquen·Cagno.& Zas.paulo ante relati,hoc eodem cap.nu.2:

Dum tamen intelligatis,licet ipsi hoc non dicat in his casibus in quibus ante ius ciuile compositũ actiones iuregẽtium competebãt etiam hoc tẽpore superesse actionem,;& effectum habere, si fortè vel ciuile vinculum tantum sublatum est; vel non

fuit

fuit inductum, vel acquisitum nō fuit. De quibus est exemplum in l. rerum quidem. ff. rerum amot. & in l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. & in l. eas, ff. de capi. dimi. & in l. indebiti in prin. ff. de condi. indeb. iuncta l. pen. eo. tit. De hac loquitur tex. in l. cum amplius. §. is natura, de reg. iu. & in l. fideiussor §. fideiussor. ff. de fideiussori. & in l. naturales. ff. de
25 action. & ob. Ita etiam intellige tex. in l. iurisgētiū, in prin. ff. de pact. qui loquitur de conuentione iurisgen. ad dñiam eius, quæ à lege fuit comprobata, d. l. legitima, eo. tit. & sic loquendo de cōuentionibus iurisgen. de eis tractat ſm meros terminos iurisgen. non aūt ſm approbatione iuris ciuilis: & nihilominus concludit ibi nasci actionem ex hmōi conuentionibus, quę nomen habent proprium. Et ita intellecta hæc cōclusio verissima est, nisi fallor. Quod valde nota, quia nemo ita declarat.
26 Item intellige, ꝙ non ex omnibus cōuētionibus iurisg. eo iure nascitur actio: sed ex his tm̃ q̄ nomē habent, proprium, d. l. Iurisgentium, in princ. & l. i. §. permutatio. ff. de rerū pm. Hi. n. dñr naturaliter debere quorū fidem sequuti sumus, l. cum ampli⁹, §. is natura. ff. de reg. iu. hoc est, quos ex contractu nominato nobis obstrinximus, l. i. §. oēs. ff. si cer. pe ta. De his debitoribus intellige text. in l. i. §. debitū, ij. in vers. vel natura sufficit. ff. de consti. pec.
27 Item intellige, ꝙ hmōi actio iurisgent. vtilis est: vt in d. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. hoc est non directa, non certa, non solennis, non iuris, sed sonans in factum: nec tanti vigoris quanti est actio ciuilis: hæ enim qualitates ciuili actioni tributæ fuerunt. d. l. ij. §. deinde ex his legibus de orig. iuris, & l. vltima. §. vltimo. C: de præscrip. longi temp: naturales autem sunt incertæ, & incompositæ.

Intellige etiam q amisso iure ciuili, si superfit iusg. hæ actiones ex iure gen. descendentes locum habebunt. Quod est notandum pro exulibus nostri tẽporis: qui retinẽt ea, quæ sunt iurisg. l. quidam. ff. de pœn. & ad hoc propositum tradit Bart. in d. l. ex hoc iure. col. iiij. circa fi. nu. 13. & probatur in d. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. Quæ omnia nota, quia paucis sunt cognita.

Non tamen pro pacto nudo vlla competet actio: nec vnq̃ competijt, vt latè fuit ostensum supra. c. viij. Quæ conclusio fm iuris nostri constitutiones, & fm præcepta iurisgentium procedit. An aũt diuersum ius fm Pontificales sanctiones in pacto nudo custodiri oporteat non leuis est quęstio, nec modicę vtilitatis. Quam obrem eam in caput subsequens tractandam reijcio, vt lõgi sermonis satietas vitet.

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS, COMMENTARIORVM AD RVB:

.ff. De verborum obligation.

LIBER II.

De pacto nudo in foro canonico, & conscientiæ. Caput I.

PACTVM *nudum an iure Pontificio pariat actionem cap.i. Quod sic, secundum communem.num.1.Imo contra numero.24.25.*

C.i.de pactis,nume.2.

Generalis dispositio generaliter intelligenda est. nu.2.

Determinatio eadem pariter determinat omnia.nu.3.

C. qualiter.de pactis.nu.4.

Promittendi uerbum generale.4.

Generalis loquutio omnia comprehendit.nu.5.

Expressum dicitur, quod sub generali significatione continetur.nu.6.

Distinguendum non est, ubi lex non distinguit. nu.7.

Officium summi Pontificis in hoc uersatur, ut nos à peccato auertat.nu.9.

Fraudem contrahendo nemo facere debet,nu.11.

Ciuilis lex subijcitur Pōtificiæ in his, in quibus de peccato agitur.11.

Differentia non est inter iuramentum, & simplicem loquellam.nu.12.

1 QVAESTIO de pacti nudi fm Pontificales sanctiones efficacitate, quam subnectere institui, multis fortè videbitur extra ꝑpositam materiam in hunc locum à me coacta, & inculcata: tñ si intellexerint, ius gẽtiũ cum Pontificio adeò esse cõnexum, vt alterum ab altero auelli, vix posse videatꝗ: si præterea animaduerterint eos: qui pactum iuregentium efficax ad agendum fuisse opinantur, potissimum inniti iuris Pontificij æquitate: hi profectò intelligent, non ab re, quid circa pacti nudi obseruationem Pontificali authoritate statutum fuerit me tractare: Pręsertim, quia eius rei cognitio, ni fallor, necessaria est, vt totius materię veritas perfectè haberi posſit. Quòd si quis, tedio pactorum affectus, ad verborum obligationes properare maluerit: poterit is, libello isto, qui totus iuri Pontificio attributus est, prętermisso, ad tertium librum

se conferre, & exinde alia ad hanc materiam magis oportuna haurire.

4 Hinc videmus nō obligari qui cōuenerint ioci causa stipulationem facturos,vel demōstrādi intellect[a] gratia:nā facta stipulatione nemo obligat. l.iij. in fi. ff.de act.& oblig.& tamē non potest negari quin interuenerit cōsensus aliquis.f.iocādi, vel periculū faciedi,& sic est in idem placitum,& cōsensus, & iter uenit stipulationis forma:nec tñ vlla ex huiusmodi cōsensu nascitur obligatio,quę vt cōtrahatur, consensus ineundæ obligationis causa interuenire d;.l. obligationum substātia.ff.de actio.& oblig.ibi, hoc animo,vt obligatio cōstituatur Sequitur ex his, vt hactenus quis ex cōsensu,& ex pacto nudo obliget quatenus sese obligādi,animum habet, nō amplius l.non omnis.ff.si cer.peta.d.l.obligationum substantia,de actio.& oblig.

Quamob-

7 Quamobrem etiam ex bono & æquo, & æquitate naturali inspecta nō amplius tenebitur, quia vt exceptione excludatur. Nec.n. bonus vir debet à me exigere, quod illi nō est efficaciter debitum. Imò nō probè facere vr qui sine actione me vexat. l. qui in ius. §. i. de reg. iur. à cōtrario sensu. l. ij. §. item queritur. & §. generaliter. ff. de exce. dol. glo. in d. l. qui in ius, & quia cōtrahēdo solam exceptio. sibi comparauit, & sola fuit cōtentus exceptione, nunc improbe videtur actionem appetere, vt cum aliena iactura locupletetur, contra. l. nā natura. ff. de cōdi. inde. & l. iure naturæ. ff. de regu. iuris.

6 Denique præsupposito quod nō oīnò tutus sit in foro penitētiali, qui pacta nuda efficaciter nō custodit: tñ hoc intelligēdum est fm veterem illam bonitatē homini à natura insitam fm quam in solo foro conscientię iudicatur, vt scrib. Barb. in cōsi. lxvij. colū. iij. lib. iiij. & quasi à Deo iudicium fert. Bal. in l. vlt. col. ij. C. de iure delib. qui animum ipsum, & cor respicit. c. si quid inuenisti. xiiij. q. v. & hęc bonitas seu naturalis ęquitas à natura insita est, vt no. Arch. & Cardi. in. c. ius naturale, col. ij. dist. i. & cōcordat cum iure diuino. c. humanum. i. dist. Cag. in l. ij. colū. vi. nu. 20. C. de resc. vēd. vt quod tibi nō uis fieri, alteri ne feceris. Math. 7. & in prin. decre. quo iure nōdum vllæ fuerāt cōstitutę obligationes. l. ex hoc iure, de iu.

7 & iu. Sed pudore quodā suffusi. fidem seruabant in statu innocentiæ positi. l. quintus, in fine. ff. mādati. Et hoc casu non iniūgit præceptum, sed consilium videtur impartiri iuxta ea, quæ tradit Bald. in l. secūda. C. de fideicommiss. secundo notab. & hæc non pertinent ad ius canonicum, quod de occultis non iudicat. cap. in ciuitate, de vsuris, capitu. à nobis de sente. excommunic. Et licet ius Pōtificium id operam det, vt animarum salutis & cōsciētiæ cōsulat,

c.vlt.de præscr.c.vt animarum,de constit.lib.vi.tñ cõmercia,& iurisg.constitutiones non sustulit, vt latè prosequitur Cagn.in d.l.ij. col.iiij.v.& vi.nũ.12 cum multis seq.C.de rescin.vẽd.Cur.in c.vlt.de cõ suc.col.xxxiij. Et multa permittit, quæ in foro conscientiæ non admittuntur,vt per Fely.& Mod. in c. vlt.de præscr.& in c.vigilanti,col.vlt.eo.ti,Iac.Sangeorg.de feud.in verb.promiserunt,col.iij. Summa Ang.in verbo,lex.§.iij. Dec.& alij in ca.qm contra, super gl.in verbo,negligentia,de prob.Balb. de præscrip.in.ij.par.iij.par.q.ij.Cag.in d.l.ij.col.vij.nu.22.
8 C.de resc.vend:Cum itaq; in foro cõtentioso canon propter cõmercia, & humanas necessitates toleret constitutiones iurisge.nec nascetur actio, nec iudex ecclesiasticus se intromittet pro obseruatione nudæ conuentionis,nisi quatenus sm eius iuris præcepta, pacto nudo obstringimur:hoc est per exceptionẽ. Nec malum apud homines hoc erit existimandum quod tolerant pontificię constitutiones: quæ spiritu sancto suggerente scriptę fuerunt.c.si quis diaconis.l.dist.& quarum intentio est animarũ saluti cõsulere.d.c.vt animaꝝ,de const.lib.vi.c.vlt.de præscrip.& in hoc cõcordant cũ legib.quæ & ipsę sunt sanctæ,& per ora principum diuinitus promulgatę l.vlt.& ibi gl.in verb.diuino.C.de pręscr.lõ.temp.Si ij.in verb.donum Dei.ff.de legib.Barb.in consi.i. colum.ix.& pen.lib.i.& in cõs.liiij.col.v.eo.lib.Ias.in l.nemo potest,col.xviij.ff.de leg.i.Fel.in c. in omnij col.ij.de testi.& in c.i.col.xiiii.de cõst.& ibi Dec.co lum.vii.& in Rub.eod.ti.colum.i.
9 Ideo fortè non peccabit,qui conscientiam habuerit legib:& pontificio iuri cõformem,Corn.in consi. cxxxiiii.lib.ii.& consi.ci.eo.lib. Satis enim est cõscientiam hre boni viri arbitrio cõsonantẽ, vt scrib. Bal. in l.voluntatis col.ij.C.de fideicõ.Ang.in cõs.244
Anch.

Anch.in consi.ccclxxxiii.Nat.in cle.sæpè.§.non sic, col.xiii.in ver.verba fm conscientiam,de verb.sig. Io.Ana.in c.significasti.i.in fi.de hom.Ang.Aret.i.§. sed iste quidem,Inst.de act.col.viii.Oria.de arb.col. xliii.in fi.Nec solet laudari cõsciẽtia subtilis, & scru pulosa,quia ex rõnis iudicio cõscientia informãda est,ō.non solũ,der regul. lib.vi.& Psalm. Trepida uerunt timore vbi non erat timor.c.si qõnes, & ibi Abb.in.i.no,de simo.cle.q̃uis.§.sanè, de foro comp.

10 Aut saltem executionem in foro contentioso non habebit,in his enim,in quibus cessat naturalis obli gatio,cõscientia nõ arctat,Bal.in l.i.in fi.C. de vect. & commiss.Inn.in c.cura,de iure pat.Ioã.And.in c. possessor,de reg.iu.lib.vi.in mercurial.Bal. in auth. ad hæc,C.de vsu.& in c.i.§.si quis per xxx.si de feu. fue.cõtr.& in c.i.de conten.inter don.& fide,Bar.in l.quibus diebus.§.dñs.ff.de cõd.& dem. Ita Bal.in.l. id quod pauperibus.C.de epi.& cler.& ppea scribit Bal.conscientiam cogi non posse, in tract. schismat. col.iij.ver.& rursus ẽt obligatio.Et sic in foro conte tioso de eã ratio non habetur,sed soli Deo Vindican da relinquitur.

11 In multis enim differunt cõscientiæ ratio,& iuris Pontificij disciplina,vt per Fel.& Mod.in ca.vlti.de præscr.& in c.vigilanti col.vlt.co.ti.Iac.Sangeorg.i feu.in verb.promiserunt,col.iij.Summa Ang.in ver bo,lex.§.iiij.Dec.& alij in c.qm̃ contra,in verb.ne gligentia,de prob.Balb.in tract.de præscr.in.ii.parte iii.par.q.ii.Cagn.in l.ii.nu.22.C.de rescin.ven.

12 Exemplum in venditione facta minus iusto præ tio,quæ omni iure permissa est, vcz gentium, ciuili, & pontificio.l.in causæ.§.pomponius,in verb. natu raliter licere,ff.de minorib.& ibi gl.not.& l. item si pretio.§.quemadmodum.ff.loc.dummodo lesio nõ excedat dimidium iusti pretij.l.ii.& l.si volũtate.C.

de rescin.vend.c.cum dilecti,& c.cum causa.de emptio.& vend.etiam si sit bonus vir venditor: Barb. in consi.lxvij.Fely.in c.vlti.de præsump. colum.iij. & Deci.in l.pen.C.de pactis, & in l.semper in contractibus,de reg.iur:& in c.i.col.vij.de consti.Anto. Burgos.in d.c.cum dilecti,colum.v.Cagno.in d.l.ij. nume.12.C.de rescind.vend. Ideo cum tuti simus iure Pontificio,& gentium nõ possumus vrgeri ad satisfactionem,Abb.in c.quia plerique, colum.ij.& iij.de Immun.ecclesia.Aret.in l.cum causa,de empt. columna vltima,Barba.in.d.consil.lxvij.Dec.in ca. i.colum.penul.de constitu.

14 Sequitur ex his ꝙ ex huiusmodi conuentione nuda non oritur actio,ꝭm ius pontificium, nec iudic. officium competit,nisi pro exceptione conseruãda, & forte etiam in foro conscientiæ,quatenus se canõ intromittit,tutus erit promissor.Quia canon nõ ꝑmittit peccatum,sed prohibet.c.vlt.de præscript.c. vt animarum,de consti.lib.vi:Cagno.in d.l.ij.num. 13.14.& 24.Et in terminis pacti nudi, ꝙ non teneat in foro conscientię,qui non habuit animum sese obligandi tenuit Ricard.de Mediauilla in iiij.sent.dist. xxxviij.& Fely.in d.c.i.de pact.nu.i. in quinta declara.Tamen quoad ea,quæ ad conscientiam pertinent,nolo plus sapere,ꝙ̃ sapere oporteat.Quicquid in hoc dixi,aut dicturus sum Theologorum sententijs subijcio. Opinor tamen sentẽtiam meam esse veram quoad forum cõtentiosum, videlicet ex pacto nudo actionem nõ oriri etiam ꝭm canones:ꝙ si eius animi fuerit promissor, vt ex pacto nudo voluerit omnino teneri vltra vires nudæ conuentionis,tunc forte conscientiam suam onerat, tamen in foro contentioso non patietur exactionem per supradictã, cogita tamen,quia noua sunt hęc, & forte amplius non audita.

CAP.

C A P. V I.

Loquella simplex & iusiurandum differunt in contrahenda obligatione. nu. 1. 3.
Mendacium quid sit. nume. 2.
Deus immutabilis. nu. 3.
Humanis necessitatibus Deus non subiacet. nu. 3.
Deus obligari non potest. nu. 4.
Comparatio inter Deum, & hominem nulla cadit. nu. 5.
Ius canonicum concordandum est cum ciuili. nu. 6.
Specialis lex si concurrat cum generali, neutra alteram tollit, sed utraque locum habet in aliquo casu. nu. 6
Lex generalis restringitur & limitatur à speciali. nu. 6.
C. i. & c. qualiter, de pactis. nume. 7.

1 EX his quæ hactenus fuerunt, tractata puto satis superq; sublata esse ea, quæ pro communi & recepta opin. adducuntur. In fauorem pacti nudi, quod sm eos. in foro cano. actionem parit, ne tamen scrupulus cuiq; etiā leuis relinquatur, ad leuia quoq; respondere non pigebit. Itaq; non ob. tex. in c. quicunq; suffragio. xij. q. ij. & in c. iuramenti. xxij. q. v. Respon. id procedere quoad faciendam salutis ęternæ iacturam. Nihil enim refert vtrum quis peierauerit an mendacium dixerit. Idq; in foro pænitentiali locum hз: sed q æquali obligationis vinculo in foro cōtētioso vterq; teneatur, hoc non dicit canon ille. Secundo aduerte, quia non agitur ibi de promissione, seu de conuētione aliqua adimplenda, sed de asseueratione falsa quę simpľr facta dicitur mendaciū, cū iureiurando dicit

periurium. Cæterum si quis daturum facturũve se aliquid promiserit, licet postea nõ soluat, nõ puto erit mendax. Et ex hoc patet tex. illum propositæ q̃
2 stioni non cõgruere. Mendacium enim est falsa vocis significatio cùm intentione fallendi, gl. in l. de ętate §. si cum esset, de interrog. act. gl. xxii. q. ii. c. nec ratificatio. Idem tradit Soc. in consi. xv. ver. itẽ quia lib. i. ſm August. in libro contra mẽdacium, & Tho. ij. secundę, quęstione. cx. quia ait mendacium opponi veritati, & esse peccatum contra naturã Dei quo etiam per Parid. de Put. in synd. ver. viso iudicis.

Et in hoc pari passu ambulant periurium, & mẽdacium, quia non debet quis mentiri etiã simplici verbo, vt tradit Bal. in l. vlt. col. ii. C. de fideicom.
3 Sed q conuentio iuro firmata, & pactum omninò nudum paris sint potestatis, hoc neutiq; verum est. Et licet Deus ipse Optimus Maximus non faciat irrita ea, quæ de labijs suis processerunt nõ distinguẽdo conuentionem nudam à vestita: Idem ego existimabo in promissione hominis erga Deum, l. ii. ff. de pollicit. Sed inter ipsos homines nõ est eadem potestas quarũcunq; conuentionum, sed altera alteri p̃stat, & est efficacior, etiam ſm pręcepta iurisgen. ob humanas necessitates, quibus nõ subiacet, Deus oĩpotens, optimus, maximus, immutabilis, immorta-
4 lis. Deniq; si vim atq; potestatem conuentionum ex ipso Deo metiri velimus: nulla erit cõuentio, nullus contractus, qui nos obliget. Deus enim ipse nulli vinculo humanarum obligationum subiectus est cum sit impassibilis, innoxius, sed sua sponte, nullo iuris vinculo obstrictus, quæ dixit, efficit cuius exẽplo homines quoq; nõ obligari defendendum esset. Quod nemo admittit, ad consilium itaq; pertineat, non ad præceptum, ea, quę à Deo ad nos referũtur.
5 Igitur cùm inter Deum & hominem nulla possit cade-

cadere comparatio, cum de commercijs, & obligationibus agitur omnia ad iuris gen. ac ciuilia præcepta erunt redigẽda, nisi canonica sanctio expressè, & specialiter contrarium sanxerit. Tamen in dubio non debemus interpretari, q̀ põtificalis sanctio cõtradicat Cæsareæ. & per generalem constitutionem, de pactis obseruandis loquentem de qua in cap. i. de pactis non intelligemus derogatũ esse iuriciuili specialiter loquenti de pacto nudo, in d. l. iurisgentium §. igitur nuda, de pact.

6 Sed concordabuntur iuxta doctrinam Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. non obstantibus, & in l. sciendum, in prin. ff. qui satisf. cog. & in l. omnes populi, in iii. q. prin. de iust. & iu. Vbi ait, si fortè præcedat lex specialis & sequatur altera generalis, & aliquo casu posit saluari prima in aliquo alio secũda, nunquam per sequentem ĩtelligitur derogatũ priori, sed lex gñalis restringitur, & limitatur ab antecedente speciali. Quod etiam probat Are. in cõs. clxiii. col. ii. post med. Corn. i cons. cxxxv. colũ. i. lib. iiii. & in consi. clxxii. col. ii. eod. libro, Roma. in consil. cccxcix. col. iii. Qua ratione defendendum est, sanctionem canonicam de qua in c. i. & c. qualiter, de pact. generaliter præcipientem pacta seruari distinguẽdã esse per ius ciuile: hoc est per l. iurisgentium §. i. & §. igitur nuda. ff. de pact. & sic pactum nudum seruabitur per viam exceptionis, vestitam actionis suffragio, vt supra. Maximè, quia c. i. de pact. si nõ cauillet omninò loquitur de eo, qui se non cohibet, hoc est, qui non abstinet: Et sic loquitur de eo, qui exceptione excluditur, vt antea latiùs deduxi. tex. aũt, i c. qualiter, eo: tit. loquitur de promissis efficacibus, ne alioqui sit superfluum, si idem deponat quod in d. cap. i. continetur.

L. statuas

CAP. VII.

L. Statuas.ff.de acqui.rerum dom.nu.1.
Pacta seruentur:intellige eo modo quo antea obseruabantur,nume.2.
Firmitatem suam obtineant.i.ueterem,non nouã. nu.3.
Responsio interrogationi conformis esse debet,nu.3.
Confirmatio in forma communi nihil addit,nu.4.
Correctio non inducitur per interpretationem, nec per subauditos intellectus.nu.4.

FORTE non erit satisfactum superstitiosis hominibus,nisi etiam respon-
1 sum aliquod speciale afferat, ad l.statuas.ff.de acqui.rerum dom:quibus vt satisfiat.Rñd. Illud procedere qñ super re de qua agitur non fuit prouisum: nec fuit determinatum quali remedio vti oporteret.Tunc iubendo custodiri intelligitur tam per viam actionis,quàm exceptionis, id fieri oportere.d.l.statuas.Sed vbi certa remedia sunt constituta,tunc lex noua,quæ simpliciter dicit seruandum esse,intelligitur secundum modum præcedentem: l.iurisgentium.§.prætor.ff.de pact.Ne alioqui tacitè inducatur correctio legis antiquę,d.l.præcipimus, C.de appellatio.nec per interpretationem.c. cupiẽtes §.quòd si per xx.de elect.lib.vi:

2 Ita tollit obiectum Imol.in c.cum contingat. de iureiuran.& Ang.Aret.in.§.in personam, Institu.de actionibus.Ideo cùm dicat canon pacta esse seruanda,nec exprimat quo remedio ea custodiri oporteat,cõfugiemus ad remedia iure veteri prodita,hoc

est ad d.l.Iurisgentium,§.i.&§.igitur nuda, de pact.

3 Suadetur hic sensus,& hæc interpretatio ad tex. in d.c.i.ex illis verbis, Suam obtineant firmitatem, non enim præcisè postulatur, q pacta omnino seruentur.Sed q suam obtineant firmitatem, hoc est proptiam & veterem, non aũt vt nouam & magis efficacem nanciscantur.Et hoc admittẽdum est, vt responsio sit conformis interrogationi seu petitioni prout esse oportet,& præsumitur.l.i.§.si quis simpliciter vbi gl.no.&.§.stipulanti,infra eod.§. præterea, Insti.de inutil.act.l.titia.§.vlt.infra eod.l.si defensor, §.i.& ibi gl.no.ff.de interrog.act.l.quæro.§.vlti. de ædil.edict.Bar.in d.§.si quis simpliciter in prima oppo.& ibi Alcia.nu.41.Fely.in c.inter dilectos,col.v. de fide instrumen.Ias.in l.pen.col.ij.de iusti. & iure, ita intelligit Sal.in d.l.legem.C.de pact.

4 Simile adducitur id,quod vulgo iactaī de confirmatione priuilegiorum simpliciter facta, in forma vulgari, vt intelligatur nihil noui addere.c.i.de con firm.vtil.vel inutil.Pacta itaq; satis superq; dicũtur suam obtinere firmitatem,si nudũ exceptione tueãmur,non nudum actione muniatur,vt Ius ciuile cũ pontificio concordet.c.i.de ope. noui nunc. Præcipuè autem admittendus est is sensus,ne alioqui per interpretationem, & per subauditos ĩtellectus iuris ciuilis correctio inducatur,vt trad.Aret.in.§.in personam Insti.de act.colum.vlti.per glos.in c.cupientes.§.quòd si per viginti,in verbo,petere,de electio. libro sexto.

CAP. VIII.

PVdore compulsi homines quandoque soluunt id ad qđ non tenentur.nu.1.

Merca-

De pudoris, & verecundiæ, obligatione.

1 SAEPE euenit vt quod iure obtineri non poteſt ad verecũdiam cõfugiat vt pudore quodam compulſi homines id ſoluere compellantur, qđ neq; ciuili, neq; prętorio iure facere minime tenẽtur, de quo in l. Quintus. ff. mand. & in l. pecuniæ ſortem. ff. de adim. leg. & in l. militis. C. de relig. & alibi ſæpe fit mẽtio.

2 Hac verecũdia ĩpulſi mercatores, quod nudo pacto promiſerũt, exoluũt, vt poſt gl. ſcribit Bar. in d. l. quintus, qui ait verecũdum eſſe, & pudẽdum, id quod pacto promiſeris nõ cuſtodire: nihil enim tã congruit fidei humanæ, q̃ ea quę placuerũt ſeruare l. i. ff. de pact. & graue eſt, ac viro bono minime dignũ fidẽ fallere. l. i. ff. de cõſt. pec. vt p Mod. in addi. ad d. l. quintus. Ideo vbicunq; ex bono & æquo procedítur, prout fit in mercatorum foro, bonafides nõ patitur, vt agẽti ex pacto nudo opponatur except.
3 actionis deficiẽtis, magna enim incutitur verecundia mercatori fidem nõ ſeruanti, vt ſcribit Alexã. in conſi. lxx. col. iii. poſt med. nu. 6. lib. i. quę præcipue eſſe debet inter eos, qui plurimum negociantur, Fely. in c. i. col. ii. circa med. de pac. poſt Sal. in l. placuit C. de iud. & Bar. in l. ſi fideiuſſor, circa fi. ff. de fideiuſſo. & Bal. in c. ſi pro debilitate, de off. deleg. & Alexã. in conſi. cxiii. col. iij. nu. 14. libr. vi. & hoc adeo verũ eſt vt neceſsitas petẽdi ad quam pudore, & verecũdia impellimur, non minus nos obliget, q̃ legitimæ obligationis vinculum, vt tradit Alex. in d. conſilio lxxx. col. iii. poſt med. nu. 6. lib. v. poſt Bartol. in d. l. quintus. Idem in Bar. in l. pecuniæ ſortem, in fine. ff. de

4 annu.leg. Qui dicit excusari eos, qui ob verecundiã aliquid faciunt, vel omittunt queadmodũ si obligatione aliqua obstrictus id faceret, ea ibi Mod. in add. sequunt, quod et scriptũ reliquit Io.an. in c.q̃ prior, de reg.iu.lib.vi. in mercur. Docto. in c. ex litteris. de rapto. Bar. in l.i.C. qũo & qñ iud. vbi Bar. loquit de compulsione, quã pudor inducit, cuius rei exẽplũ ponit in magistratu, qui verecũdiæ stimulis ad ius dicendũ adigitur, quia verecũdum est, id facere debes, omittere, & de eo qui parcit pudori suo, vide q̃ scribit Bal. in l. petens, ꝑpè fi. C. de pact. vbi limitat no. in §. de constituta, Inst. de act. Abb. in cõsi. lx. lib. i. Sal. in l. placuit. C. de iudi. & hac rõne pactum nudum in foro can. efficax est, vt trad. Abb. in d. c. i. de pact. & ibi Fel. & Abb. in d. consi. lx. & Sal. in d. l. placuit, Bal. in l. si pro & C. mand. Alex. cõsi. lij. num. 4.
5 lib. vi. & consi. cxij. nu. 12 eo. lib. Videamus quib. iuribus nitant Doct. qui hmõi axiomata cõstituerũt. Primo adducitur tex. in d. l. quintus. ff. mandat. vbi vsuræ pacto nudo fuerant ex cã mutui promissę, creditor petebat vsuras à fideiussore. reus prĩcipalis admonuit fideiussorẽ, vt recusaret, creditã sub vsuris esse pecuniam, i. allegaret vsuras non fuisse solenniter, & vt oportet promissas, hoc est per stipulationẽ alioqui enim nõ debentur. l. quamuis. C. de vsur. l. titius. ff. de præscript. verb. fideiussor autem noluit opponere huiusmodi exceptionem. Sed conuentus soluit vsuras, ait lex illi dandam esse actionem aduersus eum pro quo fideiusserat, nec illi imputandum: ꝙ non obtemperauerit Reo principali hoc ipsum sibi denuntianti, quia, inquit lex, pepercit pudori suo, & ex eo not. Bart. excusari eum, qui pudori suo parcit etiam in alterius damnum, & sic vbi vterq; certat de damno vitando, melioris est conditionis ille, qui damnum passus est ob id ꝙ pudori

suo

suo parcere voluerit, cum alioqui soleant rei fauorabiliores esse quàm actores. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. l. in pari. eod. tit.

6 Secundo adducitur tex. in l. pecuniæ sortem. ff. de annu. lega. ibi, quia alimentorum præstandorum necessitas, oneribus menstruis, atque annuis verecundiam quoque pulsantibus astringitur. Ex quo text. colligunt Doct. Verecundiam parere obligationem ita vt compelli possemus, ad id faciendum, quod recusare verecundum est, & ibi hoc annot. Bart. & in

7 l. quintus. Tertio est tex. in l. militis. C. de religio: vbi voluntas militis circa monumentum faciendũ à patre, & matre hæredibus nõ est negligenda, quia inquit tametsi eo nomine constitutionibus amota est delatio, tamen inuidiam, & conscientiam circa omissum supræmum huiusmodi officium, & contemptum iudicium defuncti euitare non possunt, Gloss. ibi subijcit authoritate pontificali cogendos hæredes ad monumentum faciendum, tametsi deficiat actio. l. hæreditas, in fine. ff. de petitio. hæredit. l. quintus. ff. de annu. lega.

8 Quarto facit tex. in l. pen. §. illo. C. de necessa. seruis hæred. instituen. vbi impietatis arguuntur hæredes, qui, cum testator seruis sine libertate legatũ dedisset, liberalitatem testatoris, & seruiles labores debita remuneratione defraudare conentur, & derelictum non donent, & ibi glo. subijcit hæredes, qui id facere contempserint opinionem seu existimatione

9 minuit. Quinto facit text. in l. si patronus. ff. de dona. vbi patronus ex debita tantũ parte fuit institutus, eiusque fidei, libertus, vt quid daret, commisit, & hoc patronus ipse stipulanti fideicommissario promisit, non erit, inquit lex, cogendus patronus soluere, ne pars ex legibus verecundia patronali debita minuatur.

Aduerte

Aduerte non dubito quin pudoris, & verecũdiæ summa ratio sit habenda. l. dies. §. prætor ait. ff. de dã. infect. l. pe. ff. de fur. l. in cõiunctione. C. de nup. l. qui stipendia. C. de proc. d. l. quintus. ff. mãd. d. l. pecuniæ ff. de adimen. legat. d. l. militis, l. miles. §. socer. ff. de adulte. & alibi sæpe.

10 Non dubito etiam quin, excusationem mereatur qui pudori suo parcit, quiq; ob verecundiam, omiserit aliquid facere, quæ excusatio, eatenus sibi prodest, vt iura sua non lædantur, nec damnum patiatur, ideo libertus, qui patrono sibi furtum facienti ob verecundiam non resistit, non intelligitur cõsentire, nec donare, & sic iura sibi intacta manẽt aduersus patronum, perinde ac si eo ignorante furtũ fuisset commissum, item procedit tex. in d. l. pe. ff. de furtis, qui etiam generaliter loquitur de alijs, quos pudor, ad resistendum, facientibus furtum, impedit.

11 Sic pœnam non meretur miles, nec disciplinam militarem offendere dr̃, qui mandatas sibi actiones, honesta & verecunda causa præcedente, exercuerit, d. l. qui stipendia. C. de procu. eadem ratione patrono datur exceptio, aduersus promissionem suam fidei commissario factam ne ius patronati reuerentiæ debitum minuatur, & sic nõ intelligitur donasse.

12 Eadem ratione fideiussor qui pepercit pudori suo damnum non sentit, & sic non potest illi ex cã mandati agenti opponi exceptio, q̃ fraudem fecerit, & scienter omiserit exceptionẽ competentem, vt in l. si fideiussor §. quædam. ff. manda. q̃ autem pudor ipse obliget, ita vt contra eum actio sit danda, quem stimulat verecundia, hoc non puto verum, multo minus verum existimo, eum qui pacto nudo obstrictus est compelli posse verecundiæ ratione, ad soluẽdum, quia iure non probatur, ergo &c. l. illum. C. de collationibus.

Secundo

13 Secūdo quia pudor iste, & verecūdia, nihil aliud ēē vř q̃ cōſcia, hanc.n. appellat cōſciam.l.militis.C. de relig.ſanè cōſciæ ſtimulus nemině arctat in foro cōtētioſo, vt dixi. ſup.li.2.c.vi. ergo nec verecūdia. Tertio obl̄o, q̃ ſolo īſtinctu naturę ſubnixa eſt, nō eſt efficax, niſi quatenus redacta ē ad p̄cepta ciuilia, vt trad. Bar in l.ſi nō ſortē.§. libertus.ff.de cōd.ind.& ī l.ex hoc iu.ff.d iu.& iu.tex.ē ī l.3 et ſi lege.§.cōſuluit

14 ff.de pe, hæ ergo &c. Quarto obl̄ones fuerūt īſtitutę ex iure g.l.ex hoc iu.ff.de iu.& iu. antea nulla fuit efficax obl̄o.ēt ſm doc.igit verecūdia iſta, q̃ ex bonita te nāli p̄cedit, q̃ vigebat eo tpe, q̃ hō erat ī ſtatu Innocētiæ, efficacē obl̄onē parere nō pōt, fallit in caſibus quibuſdā ſpālibus, in quib. redacta eſt ad p̄cceptū neceſſitatis à iure ci.tūc.n.efficaciter tenet, quē

15 verecūdia lege cōfirmata ſtimulat. Primus eſt caſus gñalis in his q̃ pertinēt ad ſolā autho. teſtatoris conſeruandā, l3.n.certa actio nō fuerit cōſtituta, tñ neq; oīmodo ſunt ſpernēda, neq; oīmodo obſeruāda, ſed ītervētu iudicis, hæc oīa debent, ſi nō ad turpē cām referūtur, ad effectū p̄duci.d.l.quintus, ff.de an.leg. ita p̄cedit tex.in l.militis, C.de relig.& in l.hr̄ditas,

16 in fi.ff.de pet.hær. Secūdus caſus, in l.pen.§.illo.C.de neceſ.hær.inſt.de quo ſupra facta eſt mētio tñ gl.ibi hoc nō admittit, q̃ ſolā hæredē exiſtimationē offēdi arbitraī, & cæteri ſequunī, ęte℞ lex nō ſolet. Fruſtra q̃cq̃ cōſtituere.l.ſtatuas.ff.de acq.re.do. Secūdo lex q̃ aliqd p̄mittit, in cōſequētiā, agēdi remediū ēt īcapaci cōcedere ſolet, vt ī alio, p̄poſito trad.gl. Bar. & alñ, ī l.ſi mādauero.§.is cuius.ff.mād. Tertio nō eſt nouū, vt lege p̄mittēte liceat ſeruo aduerſus dñ3 cōſiſtere, l.uix certis.ff.de iud. Quarto hæc ſpēs vř cōtineri poſſe ſub illę gñali rl̄a, de q̃ in l.q̄ntus.ff.de an nu.leg. Ideo vř poſſe defendi, nō carere remedio ſeruos illos, de quibus in d.§.illo, licet alī ſentiāt doct.

17 Tertius est casus, in d. l. pecuniæ sortem. ff. de ali. leg. vbi pecuniæ sortem alimentis libertorum desti natam, vnus ex hæredibus a testatore iussus est præ cipere, ait lex post mortem libertorum cæteris hæ redibus nihil esse restituendum, quia, inquit, alimẽ torum præbendorũ necessitas astringitur menstruis & annuis oneribus verecundiam quoq; pulsantib. vult dicere, q solus ille, qui pecuniam præcepit allẽ gatus est oneribus alimentorũ. Ideo ad eũ solũ perti

18 net pecunia. In quo tñ est aduertendũ hæredem il lũ etiam pulsatione verecundiæ esse obstrictum, ad alimenta præstanda, & sic vr ibi casus, in quo vere cundia obligat efficaciter, quia redacta est ad præce ptum legis. hʒ tamen specialem rõnem, agitur. n. de alimentis prestandis, quę qui denegat, vr necare. l. necare. ff. de lib. agno. not. lxxxiii. dist. in prin. & Spe. in ti. q fil. sint leg. & dr causa pia, Aret. in cõs. xcvij. & alia hʒ priuilegia, de quib. Bar. in l. mela. ff. de ali. & cib. leg. Cum igitur impiũ quodammodo videat alimẽta debita denegare. recte ait lex onera alimẽto rum prestandorum verecundiam pulsare.

18 Secundo aduerte, licet dicat lex, onera hmõi etiã pulsare verecundiã, tamen per hoc non debet infer ri, ex verecundia hmõi oriri aliquid remediũ effi cax, in beneficium legatariorũ, nec ad hoc tendunt illa verba, sed voluit ostendere Papinian. solũ illum hæredem, qui pecuniam alimentis destinatam præ cepit onera legati sentire, cæteros heredes nihil in commodi nec quidem ad animum pertinentis sen tire. solus. n. ille, primus, & obstrictus est ciuili actio ne, ad alimenta prestãda. l. i. C. communia de legat. Bar. in l. i. col. ãn. ante fi. nu. n. ff. de lega. i. & ibi Doct. & etiam solus pulsatur verecundia, si forte negligat voluntatem defuncti implere, & libertis bene meri tis alimenta prestare, est. n. verecũdum fidem testa

tori non exhibere,l.militis.C.de relig.tñ q, ex hmõi solo pudore inijciat efficax vinculũ heredi,hoc nõ
19 dicit lex. Quartus est casus fm Docto.de quo in d.l.quintus.ff.mãd.vbi cõtra agẽtem ex pacto nudo,nõ potest propter verecũdiam,obijci de cõuentionis inefficacitate.

Aduerte mihi nõ placet hæc snĩa,nec tex.ille hoc probat recte fuerit intellectus,nõ.n.ibi agitur de solẽnitate promissionis.Sed de ipsa promissione negãda,& ita verba denũtiãtis debitoris sunt concepta, vt recusaret fideiussor sub vsuris creditam fuisse pecuniã,nõ denuntiauit,vt recusaret solẽniter creditã sub vsuris,sed simpl'r vt recusaret creditam esse sub vsuris,de facto igitur,nõ de solẽnitate facti erat qõ, & sic,quia forte probationes non habebat creditor in promptu,debitor denũtiauit fideiussori, vt recusaret,i.negaret creditam sub vsuris esse pecuniam, hoc noluit facere fideiussor,quia mẽdax esse noluit & in hoc pepercit pudori suo,quia noluit mẽdaciũ
20 dicere,quod est cõtra bono mores. Inest.n.mẽdacio dolus,fm definitionem,quam tradit glo.in l.de ætate.§.si cum esset.ff.de interrog.acti. glo.xxij.q.ij. c.nec ratificatio Soc.in cõsi.xv.libr.i.l.elegãter.§.idẽ Pomponius.ff.de dolo,&ibi Bar.no.&qui mẽdaciũ dicit,mortaliter peccat.xi.q.iij.c.quisquis.& in c.i. de crim.fals.glo.in c.quia pleriq;,de off.ord.libr.vi. & pœna dignus est.l.vlt.vbi Bar.ff.de rei vẽd.aucth. iam possessor.C.qui potior.in pig. hab.c.i.§.vassallus,si fuer.cõtro.inter do.& agn. & in l.si dubitet.§. ita demũ.ff.de fideiuss.gl.in l.cũ de indebito.ff.de proba.l.inde neratius.§.pen.ff.ad l.aquil.l.si cũ patrono C.cõia vtriusq; iud.& ibi gl.Ias.in §.oĩum,nu.87.Insti.de acti.Mod.in l.naturaliter.§.nihil cõe,nu.91.ff. de acq.poss.merito igitur noluit fideiussor creditoris cõtemplatione mẽtiri,&promissionem vsurarũ

quæ interuenerat, fiducia defectus, pbationum, negare, & in hoc commendatur fideiussor, & dicitur
21 pepercisse pudori suo. Suadetur hic sensus ex alio, quod scilicet nulla ibi potest cadere dubitatio de inefficacitate pacti nudi, quia res agebatur, cum fideiussore, qui ex stipulatu tenebatur. l. blanditus. C. de fide iussori. & sic efficaciter tenebatur, ipse, tametsi forte reus principalis pacto nudo tantum obstrictus erat. nam & conuentioni nudæ, & naturali obligationi accedere fideiussor potest, l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. §. i. Inst. eo. tit. quo fit vt exceptio pacti nudi quę forte reo principali profuisset, nihil esset fideiussori suffragatura fieri ergo non potest, vt ibi de inefficacitate pacti nudi tractetur, & per consequens colligi non potest, verecũdum esse exceptionem inefficacis conuentionis obijcere.
22 Quinimo fideiussori solet imputari, quod sciẽs exceptionem debitori competere, eam omiserit, & inter cætera si sciens se inutiliter esse obligatum, soluerit, illi imputatur, l. si fideiussor. §. i. & §. non male tractabitur. ff. de fideiuss. quamobrem cum vsura solo pacto nudo promissę inutiliter sint, & ipse quoque inutiliter sit obligatus hoc est inefficaciter, velut pacto nudo debet se tueri, alioqui, quod soluit repetere nõ potest, d. l. si fideiussor, d. §. non male, dissolute, enim negligentiæ reus videtur, quę dolo proxima est. d. l.
23 si fideiussor, in princ. Hoc in summa verum est eum dolo non facere qui suo iure vtitur, & per cõsequẽs non debet erubescere, l. nullus. ff. de regu. iur. l. iij. §. is tamen. ff. de liber. homi. exhib. l. iniuriarum. §. i. ff. de iniur. l. si donaturus. §. si quid indebitum. ff. de condictio. ob causam, l. Iulianus, scribit si pupillus. ff. de acquir. hæred. l. pen. §. vlti. ff. ad legem Iuliam, de vi publi. l. delator. ff. de iure fisci. Immo nullam exceptionem prętermittere debet fideiussor, quæ tangat negotium

gotium, & ius obligationis, sed eas tantum potest o-
mittere, quę apices iuris concernūt d. l. cū fideiussor.
§. quidam. ff. mandati. Inter quas non potest connu
merari exceptio φ obligatio sit inefficax seu inuti-
lis, d. §. non male. quia negari non potest quin tāgat
merita causæ, & obligationis substantiam; cum ne-
mo sine actione experiri possit. l. si pupilli. §. videa-
mus, ff. de neg. gest. nec probe facere videatur credi-
tor, qui sciens, petit, quod iure non potest petere. l. q
in ius. §. nemo. ff. de regu. iur. Igitur citra pudoris ia-
cturam poterit illi obijci φ sine actione experitur.

24 Ex his liquido constat, non recte adnotare, doct.
verecundum esse agentem ex pacto nudo ineffica-
ces obligationis prætextu repellere, quod pro mer-
catoribus, & his qui in foro pontificio litigant. no-
tandum est. moneo tamen & hortor consue-
tudinem mercatorum, si qua iam fuit a-
licubi introducta, seruandam esse
iuxta textum, in l. secunda,
in fine, C. de constitu.
pecunia.

✠

quæ interuenerat, fiducia defectus probationum, negare, & in hoc commendatur fideiussor, & dicitur
21 pepercisse pudori suo. Suadetur hic sensus ex alio quod scilicet nulla ibi potest cadere dubitatio de inefficacitate pacti nudi, quia res agebatur, cum fideiussore, qui ex stipulatu tenebatur. l. blanditus. C. de fideiussori. & sic efficaciter tenebatur, ipse, tametsi forte reus principalis pacto nudo tantum obstrictus erat, nam & conuentioni nudæ, & naturali obligationi accedere fideiussor potest, l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. §. i. Inst. eo. tit. quo fit vt exceptio pacti nudi quæ forte reo principali profuisset, nihil esset fideiussori suffragatura fieri ergo non potest, vt ibi de inefficacitate pacti nudi tractetur, & per consequens colligi non potest, verecũdum esse exceptionem inefficacis conuentionis obijcere.
22 Quinimo fideiussori solet imputari, quod sciẽs exceptionem debitori competere, eam omiserit, & inter cætera si sciens se inutiliter esse obligatum, soluerit, illi imputatur, l. si fideiussor. §. i. & §. non male tractabitur. ff. de fideiuss. quamobrem cum vsura solo pacto nudo promissæ inutiliter sint, & ipse quoque inutiliter sit obligatus hoc est inefficaciter, velut pacto nudo debet se tueri, alioqui, quod soluit repetere nõ potest, d. l. si fideiussor, d. §. non male, dissolute, enim negligentiæ reus videtur, quæ dolo proxima est. d. l.
23 si fideiussor, in princ. Hoc in summa verum est eum dolo non facere qui suo iure vtitur, & per cõsequẽs non debet erubescere, l. nullus. ff. de regu. iur. l. iij. §. is tamen. ff. de liber. homi. exhib. l. iniuriarum. §. i. ff. de iniur. l. si donaturus. §. si quid indebitum. ff. de condictio. ob causam, l. Iulianus, scribit si pupillus. ff. de acquir. hæred. l. pen. §. vlti. ff. ad legem Iuliam, de vi publi. l. delator. ff. de iure fisci. Immo nullam exceptionem prætermittere debet fideiussor, quæ tangat negotium

gotium, & ius obligationis, sed eas tantum potest omittere, quę apices iuris concernũt d. l. si fideiussor, §. quidam. ff. mandati. Inter quas non potest connumerari exceptio ꝙ obligatio sit inefficax seu inutilis, d. §. non male. quia negari non potest quin tãgat merita causæ, & obligationis substantiam; cum nemo sine actione experiri possit. l. si pupilli. §. videamus, ff. de neg. gest. nec probe facere videatur creditor, qui sciens, petit, quod iure non potest petere. l. q in ius. §. nemo. ff. de regu. iur. Igitur citra pudoris iacturam poterit illi obijci ꝙ sine actione experitur.

24 Ex his liquido constat, non recte adnotare, doct. verecundum esse agentem ex pacto nudo inefficaces obligationis prætextu repellere, quod pro mercatoribus, & his qui in foro pontificio litigant notandum est. moneo tamen & hortor consuetudinem mercatorum, si qua iam fuit alicubi introducta, seruandam esse iuxta textum, in l. secunda, in fine, C. de constitu. pecunia.

✠

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS, COMMENTARIORVM AD RVB.

ff. De verborum obligation.

LIBER III.

Caput Primum.

PACTVM nudum exceptionem tantum parit. nu. 1. etiam in foro canon. & in curia mercatorum nu. 1. cõtra nu. 6. 7
L. bonafides. ff. depos. nu. 2.
L. si fideiussor. §. non male. ff. man. nu. 3.
Fideiussori non imputatur si spretis apicibus iuris soluerit. nu. 3. secus si inutiliter obligatus soluerit. nume. 3.
Fideiussor non ex bona fide agere dicitur, si inefficaciter obligatus soluerit. nu. 3.
Clausula quod de æquitate procedatur, non excludit iuris ciuilis æquitatem, nu. 4.
Pacto nudo obligatus non cogitur ab eo, qui de æquitate procedit. nu. 4.
Per acceptilationem sublata uenditione non potest agi ex pacto uenditioni adiecto nu. 4.
Exceptio quod pactum sit nudum, & inefficax à uiro bono obijci potest. nu. 5.
Princeps non peccat, qui manum regiam pro pacto nudo denegat, numero. 8.
Conscientia non arctat eum, qui legem obseruando nihil contra ius diuinum molitur. nu. 10.

Pacto

Pacto nudo obligatus tenetur doli actione, quando aduersarius damnum passus est, nu. 11.
Clausula de æquitate, seu ueritate inspecta quas iures habeat nume. 12. 13. 14.
Princeps ueritatem solam iudicando sequitur. nu. 13.
Clausula secundum bonam fidem, quid operetur. nu. 15.

1 EX HIS quę hactenus fuerũt tractata, facile poteſt apparere quõ definiẽdæ ſint cõcluſiones multæ à docto, frequentiore ſuffragio receptæ, & à me lib. i. c. v. relatæ, pertinentes. ſ. ad manũ Regiam, & ad ſeruãdæ fidei æquitatem, pręcipue aũt, an pactum nudum in foro canon. efficaci obligationis vinculo nos ita obſtringat, vt vel actione, vel iudicis offi. cõpelli ad ſolutionem poſsimus. reſultat. n. omnino ex ſupradictis exceptionem tm̃ in quocũq; foro, ex cõuentione nuda cõpetere, iuxta tex. in l. iuriſgẽtium, §. igitur nuda. ff. de pactis. & in l. i. vere permutatio. ff. de pręſcrip. verb. quamobrem etiam inter mercatores hoc idem obſeruabitur, vt. ſ. nuda cõuentione obſtricti exceptione tãtum cogãtur pacta ſeruare.
2 Cui opinioni vltra ea quæ antea adduximus lib. i. c. viii. optime quadrat tex. in l. bonafides. ff. depoſ. vbi de depoſito agitur, & ſic de cõtractu iuriſgẽ. & bonæfidei, in quo & ſumma fides, & ſumma æquitas deſideratur, tñ ſumma illa ęquitas ad merũ iuſgẽtium nõ eſt redigenda; ſed vna cũ præceptis ciuilibus & pretorijs exigitur, id q; pulchro demonſtratur exemplo in d. l. bona fides.
3 Plurimum ẽt ſuffragatur tex. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi

fideiussor. §. non male. ff. de man. vbi agitur de actioni mădati, qui est cõtractus bonæfidei, & in quo bona fides exuberat. §. actionum aut quædam, Instit. de actio. l. contractus. ff. de regu. iur. & non imputatur, fideiussori si spretis apicibus iuris soluerit. d. l. si fideiussor. §. quædam, tamen illi imputatur, si quod erat inutiliter debitum, soluerit, d. §. non male, inutiliter aut obligatus dr, is qui iure ciuili non tenetur, licet ex pacto nudo naturaliter sit obligatus. §. itē inutilis est, iuncta gl. i. Inst. de inutil. stipu. & l. si vnus. §. vlt. ff. de pact. l. an inutilis in prin. ff. de acceptil.

Cum itaq; fideiussor non ex bona fide agere dicatur, & ob id mandati actio denegetur aduersus principalem, si id, in quo erat inutiliter. i. inefficaciter obligatus soluerit, d. §. non male, consequens est, vt nihil bonæfidei cõtrarium facere intelligatur, qui qđ ex pacto nudo tantum debetur, non soluerit.

4 Eueniet ex hoc, vt clausula, de æquitate, in statuto vel rescripto posita non excludat iuris ciuilis æquitatem, sed solos iuris ciuilis apices recessisse intelligetur, non autem iustas exceptiones peremisse, fideiussoris exemplo, l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati, iuncta. §. non male, eadem l. hinc Bald. scribit, in l. nemo. C. de sentent. & interlocutio. iudi. si forte causa commissa fuerit, cum clausula, vt ex iustitia, & ex veritate ius dicat, non poterit iudex ex pacto nudo obligatum ad solutionem compellere, & sentit Roman. in l. filiusfamil. ff. de donatio. vbi de communi sententia dubitat, & expresse eam improbat, in l. fideiussori. ff. de donatio. cui consonant, not. per Bald. in l. prima. C. de legibus, & in l. i. ff. de iustitia, & iure. Bald. in d. l. nemo. C. de sentent. hinc etiam scribit Bartol. in l. petens. C. de pactis. prope finem sublata venditione per acceptilationem, non posse agi ex pacto venditioni adiecto, vtpote quod nudum remanman-

mansit, quod etiam probat Roman. in consilio trigesimo, & Bald. in auct. ad hæc. C. de vsuris, Bald. in l. si pro ea. C. mandati.

5 Pro eadem opinione facit tex. in auct. iusiurandum quod præst. ab his circa medium, vbi iudices iurant iudicare secundum omnem æquitatem, tamen ex pacto nudo actionem non dant, Alciat. hic, nume. 16. & sic poterit obijci, cum qui ex pacto nudo agit, inutiliter experiri, quia agit contra inutiliter obligatum, d. l. si fideiussor. §. non male. ff. mandati, & nemo potest sine actione experiri. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest.

6 Contrarium quod in quocunque foro, in quo procedi ex bono, & æquo potest vigore statuti, seu rescripti, seu consuetudinis, possint agi ex pacto nudo, idque præcipue in curia mercatorum custodiri, tradunt communiter Doctor. hoc loco. præsertim Barto. in dicta l. quintus. ff. mandati, Bald. in dicta l. si pro ea. C. mandati. Salyc. & Alexand. in l. placuit. C. de iudicijs, Deci. in l. legem, numero septimo, C. de pactis, & quod in curia mercatorum in qua ex bono, & æquo proceditur, nuda pactio pariat actionem, tradit Alexander in consilio quinquagesimo secundo, numero quarto, libro sexto, & in consilio cxiij. numero duodecimo, eodem libro, Bar. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati, Crott. hoc loco. numero 3. & 4. & alij Mod.

7 Idem est in municipijs pontificie iurisdictioni subiectis secundum Doctor. in cap. i. de pact. quæ optimo est communiter recepta, vt per Alexandrum in consilio. xci. colum. ij. in princip. nume. 5. libro. 4. Bald. in l. de diuisione. C. famil. hercicundæ, Alexan. in consilio. xvi. colum. ij. circa medium, nume. 8. lib. ij. & numero. 9. Crot. hic, numero 3. qui communem dicit, Alcia. numero. 17.

8 Hæc sententia tametsi cōi suffragio comprobata est, & recepta, tñ mihi vera non vr, vt late demõstraui supra lib. I. c. viij. ad quæ vos reijcio, ex quib. facile apparebit non peccare principem, qui supplice libello interpellatus, debitorem ex pacto nudo ad solutionem nõ compulerit, & sic frustra implorat regia manus seu potestas, ab eo, qui pactione nuda tñ sibi prospexit, erubescit. n. princeps qui contra legẽ aliquid statuit §. consideremus, in auct. de triente. ex Causa tñ potest princeps et aduersus ius gentium statuere, de quo vide Abb. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum, de cõsti. & ibi Dec. nu. 18. & 25.

9 Vno casu defendi posse vr cõis sententia, quando. s. agitur de euãgelica denuntiatione per hanc. n. cogi posse promissor vr ad fidem explendã, vt per Inno. in c. nouit de iud. Bar. in extrau. ad repri. in verb. denunciationem, & sentit tex. in d. c. I. de pact. qđ ego intelligo, dummodo promissor eã habuerit intẽtionem, vt vltra leges, & vltra naturam pacti voluerit obligari, vt dixi supra lib. ij. c. vi. in fi. talis est. n. vis denũtiationis huiusmodi, vt per Doct. in c. nouit de iud. Alcia. in rub. C. de pact. nu. 8. alioqui si suis se obstringi nõ posse cõtraxit sibi non preiudicat. l. an inutilis in prin. ff. de acceptil. & simile de pollicitatione nor. Abb. in proem. decret. in fi. & Iac. Nig. hoc lo

10 co, nu. 39. Adde Bar. & Pau. Cast. & Ias. in l. si pena cã. ff. de condic. inde. qui dicũt eum qui ex iure ciuili nõ tenetur, tametsi naturali obligatione vinctus manet, nihilominus, quia nõ obseruãdo nihil cõtra ius diuinum molitur, et in foro cõsciẽtiæ tutus est, recẽset Nig. nu. 39. col. xi. in prin. & ante eũ Alcia. nu nie. 18. qui dixit ꝙ ex quo nõ agitur de damno aduersarij, peccatur tm veniaiter, c. vtile, & c. primũ, in fi. xxij. q. ij. & per cõsequẽs in territorio Cæsareo nõ habebit exactionem pactio nuda, et ab eo, qui

habuit animum sese efficaciter obligandi, qui vero obligari noluit plusq̃ oporteat in omni foro tutus est, vt dixi.
11 Secũdo admitti potest sussa crebrior, vt procedat qñ occasione huiusce pactionis damnum passus est reus credẽdi, tunc.n.cõtra non obtemperantem dat actio de dolo.l. & eleganter §. seruus pactionis. ff. de dolo. & ibi Bar.no. & hoc loco Alcia.num.18.q̃q̃.n. ex pacto nudo actio nõ datur, cõsulitur tñ p doli actionem, qñ aliquid abest petitori, no. Bald. in l. cum motu. C. de trãsac. vbi hoc declarat, & in d.§. seruus, & Ang. in cõsi.i. & Alex. in l. si cõuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & in cõsi. xxx. libr. iij. Cacialup. de pact. q. xiij. col. i. Dec. in c.i. de iud. Alex. in cõsi. xli. lib. iij. & in cõsi. lij. libro vi. nume. 3.
12 Tertio erit vtilis ad multa hmõi clausula, ex æquitate, seu ex equo & bono, seu veritate inspectã, seu secũdum bonam fidem, si qua est similis. Intelligit. n. vt procedatur ẽm iusgentium, reiectis apicibus iuris, & solẽnitatibus, l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandã. & regia authoritate, procedetur. Corn. in consil. ccxliij. lib. iiij. Roma. cõs. xx. Bal. in l. prolatam. C. de sente. Soc. cõsi. xij. col. ij. lib. i. Marãt. in l. is põt, num. 194. ff. de acqui. hæred. eãdem habet vim, eundemq́3 pducet effectũ clausula sine strepitu, & figura iudicij, per eam. n. cẽsentur sublatæ oẽs solẽnitates iudiciorum, & iuris positiui, vt scribit Alexã. in cõsi. vi. col. ij. in prin. lib. iij.
13 Ita vt causa determinari posit ẽm merum iusgẽ. vt tradit Bar. in extrauag. ad repri. in verb. videbit, & in verb. figura, qua rõne poterit iudex manu regia expedire, ẽm Rom. Corn. & Socy. in locis adductis Ias. in l. certi cõdictio. §. si nũmos, col. vij. ff. si cer. pet. põt. n. causas eo ordine expedire, quo põt princeps. Sane princeps solam veritatem sequi potest
ordi-

ordine, & solennibus iuris ciuilis omissis, vt scribit Bal. in c. i. §. inuestitura, col. vlt. de noua forma fidelitatis. Bar. in l. Emilius, colum. vlt. ff. de mino. Igitur poterit, idem tacere iudex, vigore clausulæ huiusmodi vt tradit Maranth. De ordin. iudic. part. iiij. dist. ix. num. 8. & 10. fol. 188.

14 Præterea operatur clausula huiusmodi, vt procedi possit reiectis apicibus iuris exemplum, si fuerit intentata actio directa, cum vtilis competeret, vel è contra, obtinebit actor. Idem est si lite non contestata fuerit processum, & alia huiusmodi multa, vt scribit Bar. in d. l. si fideiussor. §. quædam. ff. man. ad quę vide etiam Fel. in c. cum venissent de testib. vbi fallit ista conclusio Fel. in c. nullus, de præsumpti. & in c. vlt. de pręscrip. Barb. in consil. vij. libr. ij. & in consi. xxix. lib. ii. & consi. xxxi. eo. lib. Rom. in cōsi. xciij. Aret. in l. si seruum §. sequitur. ff. de verb. obl.

15 Et quid importet hęc clausula, s͠m bonam fidem, tradit Aret. in consi. cxi. & in consi. cxxvi. & Alexa. in l. militis. C. de test. mil. & an posit admitti probatio alias non admittenda, quando agitur ex bono, & ęquo, tradit Soc. in consi. cxx. & cxxxi. & de præscriptionis exceptione posit opponi, vide Rom. in consi. cxlix. & in consi. ccccxvi. & ꝙ non posit opponi exceptio excusionis, & ordinis tradit Roma. in consi. ccccxxx. ea ratione motus, quia ea est de apicibus iuris.

Et an posit obiici exceptio vectigalis, seu gabellæ non solutę, tradit Bald. in l. si prædea, colum. vlt. C. mandati, Saly. in l. placuit. C. de iudic. quę etiam tradit Mod. in addit. ad Bart. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati.

16 Alios effectus huiusmodi clausularum recenset Maranth. de ordine iudicio, parte, iiij. distinc. ix. nu. 11. & numero. 32. ibi, vide.

Hæc pertinent ad pacta nuda, quid autem statuendum sit, de conuentionibus ob rem factis, vulgo cõtractus innominatos appellant, sequenti capite explicabitur.

CAP. II.

Manus regia in contractibus innominatis non habet locum. numero. 1.
Naturalis obligatio an oriatur ex conuentione innominata? numero. 2.
Quòd sic secundum communem. nu. 1. contra. nu. 3 prima defenditur. numero. 13.
Pœnitentia licita est in contractu innominato. nu. 3.
Etiam post implementum ex una parte tantum. nu. 3.
Aliqui contra putant. nu. 4.
Naturaliter debitum, solutum q̃nque repetitur. nu. 5.
Obligatio ex innominato contractu, quare non impediat repetitionem, numero. 6.
Contractus innominatus conditionalis est secundum quosdam, nu. 7. Immo sub modo, numer. 8. defenditur prima, numero. 9.
Cautio de modo implendo præstari solet. nu. 10.
Permutatio ex traditione initium obligationi præbet. 11.
Contractum à duobus non dissoluitur ab uno. nu. 12.
Conuentiones nudæ, & uestitæ non differunt iuregentium, numero. 13.
Conuentio omnis consensum habet. nu. 16.
Consensus obligationem parit. nu. 16.
Aequitas fidei seruandæ militat in contractu innominato. numero. 17. negatur hoc. nu. 18.

Modus in contractibus innominatis quando implendus sit, numero. 19.

Sequutus fidem alterius creditor est iuregent. nu. 20.

Contractus innominatus incipiens à traditione, non obligat tradentem, obligatur tamen qui recipit, nu. 21.

Si incipiat à conuentione nulla oritur ciuilis obligatio numero. 22.

Naturalis tamē nascitur, in persona eius qui ob rem promisit, numero. 22.

1 ADMISSA conclusione mea, q manus regia, non esset remedium agendi, quódq; ex pacto nudo nunq; cōpetierit efficax agēdi remedium, facile cōuincitur. Idem ius obtinere, in cōuētionibus ob rem factis, quos vulgo innominatos contractus vocant. lex ob rem factos appellat, in l. damus, & in l. in summa. §. ob rē ff. de cond. inde. & in l. naturalis, in prin. ff. de præscr. verb. sed nō leuis est quæstio an ex huiusmodi conuētione ob rem facta, statim nascatur obligatio naturalis. n. adhuc integra, quo admissa deinde quærēmus an iuregentium in cōtractibus huiusmodi pœnitentiæ locus esset.

2 Quod attinet ad primum caput, receptior est Doćto. sñia, ex hmōi mutua conuentiōne, statim oriri naturalem obligationem, hanc sñiam amplectitur Bal. in rub. C. de rerum permu. glo. f. cōiter approbata. C. de pact. & hoc loco probat Bal. Nouel. col. xiiij. ante med. nu. 53. & Soc. & Crott. col. iij. post med. nu me. 18. & 19. Garz. in c. i. de pact. col. xli. in vij. declar. Gallia. hoc loco, nu. 181. qui cōem esse attestatur, & Nig. nu. 10. & Ruy. nu. 12. & Leon. nu. 28. & num. 32. Ver.

ver. col. iiij. circa med. nu. 29. vbi eo ẽm dicit.

3 Contrarium tenuit Bal. in l. petẽs. C. de pact. & pauci alij per nouel. relati, nu. 53. Idem probat Are. in l. si ue apud. C. de transact. refert hoc loco Galiau. nu. 18. Mouentur hi contra receptam sñiam ex l. si pecuniã in prin. ff. de cõd. cã da. & ex l. dedi. §. sed si tibi eo. ti. vbi etiam post implemẽtum ex alterutra parte obuentum, licita est pęnitentia & repetitur quod datum est, appatet igitur naturalem obligationẽ nulli subesse, alioqui non repeteretur, quod datum est, l. i. & ibi no. ff. de cond. inde. l. etiam. ff. de compens.

4 Super hoc valde insudat Bal. nouell. nu. 54. & demum nu. 55. negat esse locum repetitioni, & pęnitẽtiæ post implementum ex vna parte sequutum, dũ modo aduersarius sit paratus ipse quoq; idẽ facere, ita tradit Bal. in rub. C. de rerum permu. Ang. in l. in traditionib. in fi. ff. de pact. Fel. in c. i. col. vlt. num. 13. de pact. Secundo rñdetur ꝙ pęnitentiæ suffragium iure ciuili fuit introductum, quod iuri gen. erat incognitum, Leon. nu. 29. post Ver. nu. 35. & Nig. nu. 15. de quibus infra tractabitur cap. seq.

Tertio rñ. Crott. col. iiij. in prin. nu. 19. non esse ppetuum, vt solutum naturaliter debitum nõ repetatur, immo inquit euenit interdum, ut solutum repętatur, quod tñ est naturaliter debitum, cuius rei exẽplum proponitur in dona. cã mor. ex hac. n. cã datũ donator pænitentia ductus repetit. l. cum quis. ff. de cond. ob cau. tñ ex eo contractu statim nascitur obligatio, glo. in l. cum pater. §. mæuio. ff. de leg. ij. glos. in l. ij. C. de iure dot. & no. cõiter Doct. in l. i. ff. de leg. i. Crott. hic nu. 19. Nig. nu. 15.

6 Quarto rñdet Crott. nu. 20. obligationem quę ex innominato nascitur contractu, non impedire repetitionem ea ratione, quia non est simplex obligatio sed ob rem facta correspectiuam vocant docto. quo

fit

fit vt interim re integra, non subsit ęquitas, vt qui non seruat fidem, eam sibi impleri postulat. l. qui fidem. C. de transac. l. ediles. §. vlt. vbi gl. no. ff. de ædil. edict. & sic debilioris est naturæ, q̃ sit simplex obligatio naturalis, ex nudo pacto ortu, Nig. nu. 15: Ver.
7 nu. 35: Secundo mouentur ex eo, quod contractus hmôi conditionalis est, ideo anteaq̃ mihi fides præstetur, non inĳcitur obligationis vinculum, quia cõditione pẽdẽte nulla nascitur obligatio. l. cedere diẽ ff. de verb. sig. ita Bald. in l. petens. C. de pactis. refert Crott. hoc loco col. iĳ. numc. 18.
8 Tollitur hoc argm̃ ex his quæ tradit idem Crott. nu. 19. vbi ait hmôi contractum non sub cõditione, sed sub modo factum esse. Promitto .n. vt des, nõ autem promitto si dederis, & sic est cõtractus sub modo initus, vt tradit glo. in l. męquia. ff. de manu. testa. Bar. in l. quibus diebus. §. termilius. ff. de condi. & de mõ. Bal. & Sal. in l. cum res. C. de probat. cuiusmodi genus cõtractus obligationem admittit ẽt anteaq̃ modus fuerit impletus, & interdum actionem si sit talis contractus, qui actionem parere soleat, sed obstat exceptio. l. cũ testamento, & l. si is cui. ff. de fidei com. lib. Bar. in d. §. Thermilius, Crott. hoc loco, nu.
9 19. & Ver. nu. 29. Caue quia Bal. sensit hunc contractum esse cõditionalẽ, inspecta persona eius cui ego promisi aliquid vt mihi ipse aliud det. ille. n. mihi alias nõ tenebitur, q̃; si ego ipsi dedero, quod prius per me dandum est, nam modus subsequi põt non ante impleri. Ideo Bal. in l. pen. col. x. C. de condi. inser. scribit, modum esse determinationem, executioni adiacentem nõ autem dispositioni, & l. i. & ĳ. C. de his quę sub modo vbi glo. & Pau. Cast. & hoc lo
10 co, Galliau. nu. 182. Ideo solet caueri de modo implẽdo qñ ille cui debetur aliquid sub modo id vult cõsequi, l. quibus. §. thermilius, vbi Bar. ff. de cõd. & de monstr.

monstrat. Ex quo apparet prius à me dandum esse, quàm modus impleatur, ille ergo cui modus adiectus est, potest dici sub conditione obligatus, quia non aliter tenetur modum impleri, quàm si fides sibi fuerit seruata, ita procedit opinio Bald. in lege petens.C.de pactis, & sic quo ad me dicitur contracta obligatio sub modo promisi enim vt des, quib. verbis modus significantur, Barto.in l.prima, & in lege quibus.§.Thermilius.ff.de condict.& demonst. quo ad te erit conditionalis, secundum Bald.

11 Tertio mouetur Bal.per tex.in l.i.ff.de rerum per mutat.cum ait lex, non ex ipsa permutationis cõuentione, sed ex traditione initium obligationi præberi, igitur ante traditionem nulla erat orta obligatio.

Respond.Mod.illum tex.nihil opitulari, quia loquitur de obligatione efficaci, quæ actionem parere potest, nos agimus de naturali sola. Ita respondet Io.de Monte Sperell.quem refert. & sequitur Veri. hoc loco, numero.xxxi.probatur in l. iurisgentium §.primo, in versi.& hinc nasci ciuilem obligationē, & in versic.Iulianus, ibi ciuilem actionem, ita procedit text.in d.l.prima, in versi.permutatio, qui sine dubio loquitur de obligatione per quam compellitur ille, qui rem accepit, fidem implere et sic de ciuili actione, quæ præscriptis verbis vocatur, de qua in d.l.iurisgentium §.primo.ff.de pac.sed an naturaliter esset obligatus ante implementum ille, qui primus fidem præstitit, de hoc non quæritur, in dicta lege prima.

12 Quarto in hanc sententiam adducitur, regula de qua in l.nihil tam naturale.ff.de reg.iuris.vbi in dissolutionē vinculi per duos contracti, non sufficit vnius tantum dissensus, sed vtriusq; requiritur, tñ in cõtractu de quo agitur dissoluendo alterius tm̃ pœnitētia sufficit.d.l.si pecuniam, ff.de condict.ob cau.

Ad hoc potest responderi prout antea fuit respõsum, ad primum argumentum, de quo hic p Crott. numero. 18. & 19. Nig. nu. 15. Ver. nu. 35. & Leo. nu. 29.
13 Contraria sñia, vcz q immo naturalis obligatio ex huiusmodi cõuentione ob rem facta seu innomi-natã, statim orta sit, est cõi suffragio comprobata: q hisce fundamentis est subnixa, vcz.
Pœnitentia quæ in hmõi contractu promissa est ostendit subesse obligationem aliquam, quia priuatio presupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig. l. manumissiones. ff. de iust. & iure.
Rñd. Interdũ etiam tolli quod nullum est, quatenus s. de facto processit, vt in l. 1. §. 1. ff. de ferijs, & ibi glo. ubi. l. si dolo. C. de rescin. vẽd. l. circa. C. qñ prouo. non est necess. l. & si is. C. de præd. min. Item tolli tñ cõuẽtio, quæ est facti, l. consilio §. pe. ff. de curat. furio. non autem tollitur obligatio quæ nulla est.
14 Secundo emptio venditio, & alij similes contientiones mutuç, pariũt obligationem ex nudo consensu, et ante implementũ, sm receptam Doct. sñiam: de qua per Alex. & Mod. in l. filiæ licet. C. de coll. Ias. in l. iurisgentiũ, col. ij. ff. de pact. Ver. hoc loco nu. 36. & Ruy. nu. 13. Igit idẽ in casu nro vr̃ admittẽdũ.
Ver. rñdet validiores esse conuentiones, quæ nomen habent proprium, q̃ aliæ, vt declarat Ias. in d. l. iurisgentium, col. i. ff. de pact. Ideo nõ valet consequentia. Tertio iuregen. nulla est differentia inter
15 cõuẽtiones nudas, & eas quæ vestimẽto aliquo sũt cultæ, & munitę. Ideo quemadmodũ ex vestitis cõuẽtionib. nascitur obligatio, ita et ex ĩnominatis nasci eam credendum est. Quod genus argumẽti parum releuat, quia immo magna erat differẽtia inter cõuẽtiones hmõi etiam sm pręcepta iurisgẽ. l. iurisgentium, in prin. ff. de pact. & late a me fuit demonstratum lib. i. c. viij.

16 Quarto nulla est couẽtio, quæ nõ habeat consensum, l. i. §. adeo, ff. de pact. l. iij. ff. de act. & obl. ex consensu aũt nascitur obligatio l. stichũ, §. naturalis, ff. de solu. Igitur cõtractus iste innominatus, qui sine dubio hȝ mutuum cõsensum l. i. §. i. ff. de pact. & pactũ appellatur, in l. ex placito. C. de re. permu. & contractus dr̃ in l. cõtractum. §. labeo. ff. de verb. sig. igitur negari nõ potest, quin huic couẽtioni insit obl̃o aliqua, l. stichum §. naturalis ff. de solut.

17 Quinto ęquitas fidei seruãdę, nõ minus militat in couẽtione hmõi, ob rem facta, q̃ in alijs quibuscunque cõtractibus. l. i. ff. de pact. ergo quẽadmodũ ex alijs, ita ẽt ex his couẽtionibus oblĩonem aliq̃ oriri, oportet, q̃ nos adigat ad fidem seruãdã, saltẽ p via exceptionis. l. iurisgẽtium, in prin. ff. de pact.

18 Negant Mod. subesse æquitatem, fidei seruandæ, quia anteaq̃ mihi satisfiat, nulla æquitas suadet, vt ego fidem impleã, vt hoc loco animaduertit Crott. nu. 20. per l. qui fidem. C. de transac. & l. ediles. §. vlt. cum gl. ff. de ædil. edict. Bal. in l. cum quis colũ. ix. C. de iur. & fac. ign. Are. in §. in personã, col. pe. insti. de act. Bal. in l. siue apud acta col. ij. C. de trãsac. Bald. in rub. C. de rer. permu. Ang. in l. in traditionibus, in fine, ff. de pact. Fel. in c. i. col. pen. nu. 13. de pact.

19 Aduerte hęc possent forte habere locũ, in couẽtione simplici, sed cũ præsupponatur modum hunc couẽtioni adiectum posse, & debere impleri, postea q̃ ille, quod sibi debetur, consequutus fuerit, vt paulo supra fuit dictum, mihi vr̃ subesse maxima ęquitas cogendi ad satisfactionem eũ, qui promisit titio sub modo, hoc est, vt titius aliquid aliud det, nã ipse simpliciter promisit, nec sibi quicq̃, anteaquã titio det, ipse tamen dare debet, antecq̃ a titio aliquid cõsequatur, ideo vr̃ eũ qui primo loco promisit iuste cõqueri nõ posse de titio, antecq̃ ipse satisfaciat, nec

vt̃ posse detractare qđ pollicitus est, eoq; facto modũ deinde expetere, & sic ego q̃ equũ titio promisi, vt mihi vestem daret, videor obligatus ad dandum equum vestis traditione non expectata.

20 Sexto non põt negari quin titius cui ego promisi rem, vt mihi aliam daret, sequutus fuerit fidẽ meã Igitur iuregen. obligatio quo ad me contracta est. l. cũ amplius. §. is natura. ff. de regu. iur. quæ naturalis appellatur obligatio. l. naturales. ff. de act. & oblig. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. & sic ego titio teneor saltem naturaliter.

21 Ego puto distinguendũ, vtrum incipiat contractus à traditione, an a conuentione nuda. Primo casu, qui rem tradit sese non obligat, sed dissoluit potius vinculum, si quod inerat. §. i. Insti. quib. mod. tollit. oblig. facit tex. in. §. item is cui, Institu. de obliga. quæ ex quasi contrac. aduersarius tamen obligatur ciuiliter l. Iurisgentium. §. i. ff. de pact. l. naturalis. §. i. ff. de Præscrip. verb. l. i. in vers. permutatio. ff. de rerum permuta. obligatur etiam naturaliter. Ideo si soluit non repetit. quia ob causam preteritam dedit l. damus. ff. de condict. indeb.

22 Secũdo casu quando à conuentione incipit, tunc nulla oritur ciuilis obligatio. l. ex placito. C. de rerũ permu. naturalis tamen oritur, quia non põt negari quin istud sit pactum d. l. ex placito, & propterea nascitur obligatio naturalis, quę ex consensu prodire solet d. l. stichum. §. naturalis. ff. de solu. quod ego intelligo procedere in persona eius, qui ob rem promisit, puta ego promisi tibi equũ dare, vt tu mihi des vestem, vel stichum manumittas, ego obligor Confestim naturaliter, non expectato modi implemẽto, quia vt antea dixi, modus ex post facto implendus est, nec impedit quominus interim obligatio nascatur, vt dictum est, ita procedat communis opinio.

Ipse

Ipse vero non obligaris nisi ita demum cum rem acceperis. l. prima. ff. de rerum permut. l. naturalis. §. vltimo. ff. de præscrip. verb. ita procedat opinio Bald. an autem sit variabilis, seu ambulatoria obligatio mea, ita vt mihi liceat pœnitere sequenti capite explicabo.

CAP. III.

Poenitentia ex iuregentium an habeat locum in contractibus innominatis, quòd non secundum communem. numero. 1.

Contra. nu. 6. uide nu. 12. responde ad contraria. num. 16.

Aequitas fidei seruandæ sola spectatur in conuentionibus, quod in omnibus generale est. nu. 2.

Pœnitentia iure ciuili fuit inducta. nu. 3.

Hi quorum fidem sequuti sumus præcise tenentur. numero 3.

Pactum nudum pœnitentiam non admittit iuregentium. numero. 4.

Stipulationem pœnitentia non tollit. nu. 5.

Pactum nudum non minus efficax est, quàm conuentio uestita iuregentium. nu. 5.

Duplici iure utimur ciuili. s. & gentium. num. 7.

Iusgentium non facile tollitur, nu. 8.

Contractus fere omnes iuregentium introducti. nu. 9.

Contractus innominatus quid habeat à iure ciuili. nu. 10

Bonum & æquum, idest iuregentium, numer. 11. & numero. 13.

Actio non datur ei cuius nihil interest, nec exceptio. numero 14. & numero 15.

1 SEQVENS quæstio est an, fm præcepta iurisg. licitã sit pænitẽtia, in contractu hmõi ob rem facto, seu innominato, ex cuius decisiõe apparebit etiã quid in curia mercatorũ, quid item in foro põtificio, quib. in locis iurisgen. æquitas seruatur custõdiri oporteat. In hoc articulo pleriq; rñderũt non licere pœnitere fm iurisgen. æquitatem, quam sñiam amplexus est Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. Ang. in cõs. ccij. Bal. in rub. C. de re. permu. Ang. in l. in traditionibus, in fi. ff. de pact. Imo in c. quæ in ecclesiarum de cõstitu. Alex. in l. si pecuniã, col. v. ff. de cõd. ind. & in consil. xvi. lib. ij. Bal. nouel. hoc loco, nu. 53. & 55. Fely. in c. i. col. pe. nu. 13. de pac. Cror. hoc loco, nu. 21. Galiau. nu. 183. & nu. 184. Ruy. n. nu. 13. Ver. nu. 29. Leo. nu. 28, 29.
2 & 30. Hanc opin. fulcit æquitas fidei seruãdæ, quæ in cõuẽtionibus iurisg. sola spectatur, ad obl'õnẽ exequendam, & est semper eadem & par in omnib. siue nudis, siue vestitis, siue ẽt nomine carentib. Ang. in d. l. in traditionibus, in fi. ff. de pact. Alex. in l. si pecuniam col. v. ff. de cõd. inde. Bal. nouel. hoc loco, colum. iij. nu. 13. l. i. ff. de pact. l. i. ff. de cõst. pec. quemadmodum igitur emptio, & vẽditio, & similes contractus sola alterius pœnitẽtia, atq; dissensu nõ tollunt, l. ea cõditione. C. de resc. vẽdit. l. si vt proponis. C. de condict. ob cau. Ita & cõuẽtio hmõi ad effectum perducenda est, nõ aũt per pœnitentiã retractanda.
3 Secũdo hi quorum fidem sequuti sumus precise tenẽtur ex iure gẽ. l. cũ amplius. §. is natura, in verb. dare op3. ff. de reg. iur. ergo pœnitẽtiæ locus nõ est. Tertio pœnitẽtia iure ciuili fuit introducta; vt hic per Mod. iure gẽ. autem erat incognita, fm eos, ergo nos qđ iure cautũ non est, nõ inducemus. l. illã. C. de
4 collã. Quarto simplex pactum eo iure irrefragabile

est,

est,& adeo efficax, vt omnino oporteat id ad effectũ perducere, c.i. de pact. quia fides omnino seruãda est vt tradit Bal. in rub. C. de re. permut. & mod. in d. l. petens, C. de pact. & Bal. nouel. nu. 23. & nu. 53. & Veri. nu. 29. & Leo. nu. 29. Igitur idem in cõuẽtione ob rem facta obseruabit, cum rõ differentiæ vlla nequeat allegari, cum semp in omnibus subsit cadere fidei seruãdę æquitas, qua sola subnixum est iusgẽt. c. dilecti, de iudicijs.

5 Quinto fatentur Doct. statim ortam esse oblõneg naturalem, glo. approbata, in l. petens. C. de pactis. q iuregẽ. efficax est, quæq; eo iure non minus potens est, q obligatio, quæ ex stipulatione oritur, vt p Alex. in l. si pecuniam. ff. de cõd. ob cau. Fel. in d. c. i. colum. pen. nu. 13. de pact. Igitur pęnitẽtia eam nõ tollet, prout nec stipulatio ex pænitentia retractat, vt scribit Fel. in d. c. i. col. vlt. de pac. in vij. declarat. ex his vr concludendum nõ fuisse locum pænitẽtiæ in cõtractibus innominatis ex iuregẽ. cõtraria tamen sententia nõ leuibus fulcitur argumẽtis.

6 Hanc sniam q immo oĩ iure licita sit pęnitentia in cõuẽtionibus innominatis, seu ob rem factis, amplexus est Bal. in l. petẽs. C. de pac. Rom. in l. si pecuniam. ff. de cõd. ind. Bal. hoc loco, col. i. Aret. in l. siue apud acta, col. ij. in prin. C. de transac. Alex. in l. iurisgẽtium. §. igitur nuda. ff. de pac. Imo. & Fel. in c. quæ in ecclesiarũ, de cõst. Ang. Are. in §. in personam, Insti. de act. col. ij. Soc. hoc loco col. iiij. Iaso. in l. dedi. §. i. ff. de cõd. ob cau. qui dicit pniẽ esse locum in cõtractibus innoĩatis ẽt qñ agiẽ de cã libertatis, & siẽ de causa pia, & quãtumuis fauorabili, vt ibi per eum.

7 Hanc opin. fulcit tex. in l. si pecuniam. ff. de cõdi. ob cau. & in l. dedi. §. i. eo. tit. vbi hoc est expressum; nec possunt cauillari leges illæ.

Dixerit aliquis leges illas iure ciuili fuisse institu

tus contrarius gentium, & ita rñdeat omnes qui cõtrarium tuentur, quibus mihi libet replicare, ostendat hanc æquitatis naturalis abolitionem, & ego eã admittam, & non ostensa. putabo ego ius ciuile cũ gentium iure concordare, argu. l. præcipimus. C. de appel. & §. sed naturalia, Insti. de iure naturali genti. non n. solo iure ciuili vtimur. Sed eo partim, & partim cõi omnium hominum iure. §. i. ver. & populus itaq;, Insti. de iure natura. gen. & ciui. l. omnes populi. ff. de iust. & iure.

8 Item à iuregentium non sine cã licet recedere. §. sz naturalia, Insti. de iure nat. gen. Abb. Feli. & Deci. in c. quę in ecclesiarum, de consti. sanè nulla affertur cã recedendi ab eo iuregen. quod semper ẽst bonũ, & æquum. l. pen. ff. de iust. & iur. igitur nõ putabo mutatum fuisse iusgentium, cũ mutationis causa non ostendatur, nec de mutatione, seu abrogatione constet, l. mutius in fi. ff. de leg. ij. Cum itaq; iurisconsultus recenseat naturam, & vires contractus ob rem facti, in d. l. dedi. §. i. & d. l. si pecuniam, arbitrabor ego id ex constitutionibus iurisg. sumptum fuisse.

9 Secundo hoc mihi probat text. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, ex quo constat fere omnes cõtractus iuregentium fuisse institutos. paucis exceptis, qđ etiam probat Iustinian. in §. ius autem gentium, versic. & ex hoc. Institu. de iure natural. gentium, & ciuil. sanè inter contractus exceptos à iure ciuili inductos, qui pauci sunt non connumeratur, contractus iste. Ideo credendum est hunc contractum cum na-
10 tura, & qualitate de qua in d. l. si pecuniam iuregentium fuisse introductam. Illud enim tantum à iure ciuili additũ reperio, quòd re tradita nascitur ciuilis obligatio, & actio aduersus eum qui accepit, d. l. iurisgentium. §. i. ff. de pact. l. i. ff. de rerum permut. l. naturalis. §. i. ff. de præscr. verb. & hoc additamentũ

recte

recte appellatur ciuile. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. In cęteris firmum manet ius gentium, quod non reperitur mutatum. Igitur cæteras qualitates ad hanc conuentionem pertinentes putabo à iuregentium procedere, à quo contractus ipse totus descendit, d. l. ex hoc iure.

11 Tertio sententiam istam mihi probat text. in l. in summa. §. quod ob rem. ff. de condictio. indeb, vbi si quid ob rem datum est, eius repetitio competit, re non sequuta, & in l. damus, eod. tit. nec distinguitur quare factum non fuerit, nec an sit paratus facere, sed si non feceris, datur repetitio, addit lex hanc repetitionem ex bono, & ęquo competere, d. l. in summa, §. ob rem, quod ego interpretor, idest ex iuregentiū quod est semper bonum, & æquum. l. penul. ff. de iustit. & iur. est itaq; ibi casus, in d. §. ob rem, condictionem hanc quæ re nondum sequuta competit ex iuregentium dari.

Scio, dicet aliquis, verba illa de condictione ob causam, sentire, quę ob id quod factum non est nec fieri amplius potest, non autem de ea quæ ob pænitentiam datur, Ad hoc paulo infra dabitur responsum.

12 Quarto hæc eadem sententia euidēti ostenditur ratione, clarum est, & apud omnes expeditum contractum hunc innominatum si lege fuisset cōprobatum, legitima conuentio appellaret, & actionem cōfestim produceret. l. legitima. ff. de pac. & ibi Bar. & alij. Sanè ex isto contractu nunquam nascitur actio ciuilis nisi traditione sequuta, l. i. in fi. ff. de rerum perm. l. iurisgentium. §. i. ff. de pact. l. naturalis. §. i. ff. de pręscri. verb. igitur conuentio illa non fuit à iure ciuili cōfirmata, & per cōsequens oīa quæ pertinēt ad naturam eius cōuētionis ex vsu, & ex cōstitutionibus gentiū descendūt, pęnitētiam igitur à cōi omniū hominum iure inductam fuisse defendemus.

Quinto

13 Quinto suffragatur huic sniæ text. in d. l. si pecuniam. §. si seruũ, ver. si vero iam tempus, & vers. q si distracturus. ff. de cond. cau. da. vbi pnia quæ nõ facit iniuriam. i. damnum aduersario, mihi licitę est in isto cõtractu, d. vers. si vero, q si aliquid resultet nõ ęquum, secus est. d. versi. q si distracturus, sentit igitur q aliis casibus quib. permissa est, antea cõmemoratis, ex æquo proficiscitur penitentia, & sic ex

14 iure gen. vt dixi. In quo ẽt aduertatur, q si pnia mea tibi non facit iniuriam, cõqueri hõ potest, nec patiẽ ęquitas, nec bona fides, q tibi detur actio, cuius nihil interest. l. si patroni. §. qui fideicommissariam, & ibi Ang. & Alex. not. ff. ad treb. l. sed nec legatarios, cũ l. seq. ff. de cõd. fur. l. qui fundum. ff. loca. l. si in aũt, §. si homo. ff. de rei vẽdi. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de eden. Bar. in l. si vnus. §. ante omnia,

15 in ii. not. ff. de pact. Quod ẽt in excipiente locũ hz, vt sine interesse nõ audiatur. l. ille à quo. §. si de testã. i, & ibi Alex. in prin. ff. ad treb. l. qui liberis in fi. ff. de bon. poss. fm tab. Ang. in l. exitus, ver. quinimo, & ibi Alex. col. ii. ver. vere, & subdit ff. de acq. poss. Deci. in l. ex cõuctione. C. de pact. Mod. de retract. §. i. in gl. ii. nu. 51. Cum itaq aduersarii mei nõ intersit, nec iniuriam patiatur ex pænitentia mea, non audieris aduersum me quem penituerit, & id quidem ex bono & æquo, hoc est ex iure gent. mihi permitti placet, vt dixi, qua opinione retenta ad contraria respõdebitur cap. sequen.

C A P. IIII.

Conuentionum omnium non est par fides nec uinculum. numero. 1.

Promissio simplex & indefinita ad modicum redigitur.

ex bono, & æquo. numero 2.
Bona fides exigit ut neutra pars locupletetur cum aliena iactura. nume. 2. & 3.
Benigna interpretatio fit ut minus obligemur. nu. 3.
Pœnitentia in contractibus innominatis iurisgentium est numero. 4.
Causa non sequuta, dicitur duobus modis. nu. 5.
Causa non sequuta dicitur, quomodocunque non sit sequuta, etiam si ob pœnitentiam meã id acciderit. n. 5. & 6.
Contractus innominatus uno tantum casu efficax est. n. 7.

1 RETENTA opinione, q in cõtractibus ob rem factis, seu innoĩatis pnĩa iuregen haberet locum. Nõ obst. adducta in contrarium, quę omnia sola fidei seruãdæ adminiculo, sustinẽtur, patet rñsio ex his quę late dedu xi supra lib. i. c. viij. Dico enim non oĩum cõuentionum eadem fuisse firmitatem, nec fidem, nec par vinculum. l. cõtractus. ff. de regu. iur. l. iurisgentium in prin. ff. de pact. l. naturalis. ff. de acti. & obli. l. fide-
2 iussor. §. fideiussor. ff. de fideius. Optime quadrat tex. in l. si quid vẽditor. ff. de ædil. edict. vbi simplex pro missio, & indefinita, ad modicum redigitur ex bono, & ęquo, quod ego interpretor. i. ex iuregen. l. pe. ff. de iust. i & iure. & sic non ad seueritatem stoicam nec ad summam inflexibilẽ fidei obseruandę regulam, dirigendę sunt conuentiones humanæ, sed ad benignitatem, ita vt neutra pars cum alterius iactura locupletetur. l. iure naturę. ff. de reg. iur. l. nam na-
3 tura. ff. de cõd. inde. Nec sine cã aliquid alienum habeat. l. ij. §. circa. ff. de doli excep. & cum de obligatione cõtrahenda tractatur, ad minimum res redigat.

 l. in

l.in contrahenda.ff.de regu.iur.& hæc dicitur benigna interpretatio,& ex bono & æquo profecta hoc ex iurisgentium æquitate,d.l.si quid venditor.ff.de ędil.edic.& disparem esse vim atq; naturam, cōuentionum singularum,ex iurisgentiū æquitate, docemur prætoris exemplo,qui generaliter & indefinitæ edixit se pacta seruaturum.l. iurisgentium.§.prætor.ff.de pact.& in hoc sequutus est naturalem ęquitatem,l.i.eo:titu.tñ non omnia æqualiter seruat.d.l. iurisgentium,in prin.&.§.igitur nuda. Ergo s͠m na
4 turalem æquitatem nō est par omnium conuentionum efficacitas,nec fides, nec natura, quamobrem debilitatem, & pænitentię æquitatem, contractib. innominatis,seu ob rem factis, insitam, ex iurisgen. constitutionibus descendisse credendum est, & consequenter nec in foro canonico, nec in curia mercatorum hoc tempore parient actionem, sed admittent pęnitentiam,& condictionem,iuxta tex. in l.si pecuniam,& l.dedi.§.i.ff.de condi: ob causam.quicquid dicant alij.
5 Deniq; consideremus naturam cōuentionis, hęc n.appellatur conuentio ob rem datā .l.damus.ff.de condic.indeb.l.in summa.§.quod ob rem.eo.tit. Cū itaque sit ob rem facta,hoc est vt aliquid sequatur, eo non sequēte,repetitio competit,d.l.damus,& d: l.in summa.§.quod ob rem,sanè hoc ipsum,q̄ nō sequatur id,quod actum est,potest accidere pluribus modis, siue non. semper enim verum est, rem non fuisse sequutam. Ideo si anteaquam des seu facias, me pæniteat,potero condicere,quia verum est,rem non fuisse sequutam,& ita verificantur verba conuentionis,poterit igitur me pænitere,secundum tenorem verborum,& sic secundum conuentionis tenorem,& per consequens ex iuregentium pœnitentia permissa est.

Ostea

6 Ostenditur hoc ex alio, quia. s. condictio ob cām, vtroq; casu cōpetit, siue me pęniteat, siue per te steterit, sufficit. n. non esse factum, vt dixi d. l. in summa §. quod ob rem. ff. de cōdic. ind. l. damus, eod. titu. & semper competit condictio eadem, scilicet ob causā d. l. dedi. §. quid si ita, dedi, & §. quinimo. ff. de condictio. ob causam. l. si pecuniam §. primo., & §. si seruum, & §. si vero iam emptus, eod. titu. idque procedit etiam si paratus sis implere, & per te non stet, d. l. si pecuniam, in principio, & est, expressum conditionem ex pœnitentia competere, d §. si vero, quæ condictio semper præsupponit, causam seu rē, ob quam datum est, non fuisse sequutam, igitur ex iuregentium pęnitentia permissa est.

7 Hoc probat text. in d. l. in summa §. quod ob rem, vbi si tibi dem, vt aliquid facias, nec feceris, repetitio mihi ex bono & æquo mihi q̄d ego interpretor, idest ex iuregentiū, sic accipitur, & exponitur, bonum & ęquum, in l. penultima, in principio. ff. de iustitia, & iure.

8 Amplius, posteaquam ego dedero, & sic adimplevero ex parte mea, secundum merum iusgentium, nulla mihi competit actio, nullum'q; exactionis remedium aduersus te, quod mihi ostendit iurisconsultus in l. iurisgentium, in principio. ff. de pact. vbi patet eas tantum obligationes efficaces fuisse, quæ in proprium nomen contractus transiuerint, & in l. prima, ante finem. ff. de rerum permutatio. postea ex iure ciuili additum fuit robur contractui innominato, vno casu tantum, videlicet, quando ego dedi tibi aliquid. vt aliud mihi des, vel facias, d. l. iurisgentium. §. primo, & l. naturalis §. primo. ff. de pręscriptis verbis.

9 Sanè vinculum istud; iuris ciuilis, quod meo fauore fuit adiectum, mihi non debuit nocere.

l.quod fauore.C.de legib. Iccirco mihi non abstulit condictionem ob cam, quæ iure gẽ. competebat, quia altera actio superueniens nunquam perimit alteram, nisi expresse tollatur. l.quoties.ff.de act.& oblig.& ibi gl.not.l.vlti.in fi.C.de pet.here.& hanc puto esse rationem, propter quã hodie quoque post implemẽtũ, pænitentia ei qui impleuit permissa est, d.l.si pecuniam.§.i &.§.sequen.

CAP. V.

Implementum ex una parte in conuentionibus innominatis ex interuallo factum an uestiat contractum? ita quòd aduersarius cogi posit, fidem implere? quòd sic communiter.nu.2.

Contra uidetur.nu.3.

Quæ opinio defenditur.nu 4.& 5.

Concordantur opiniones nu.6.

OBITER ad vnum est maduertẽdum est, in materia cõtractuum innominatorum seu ob rem factorum, quod maximi est momenti, & in quo summæ errare vñr Doct. in l.iurisgentiũ §.quinimo, ff.de pact. & in l.lecta, ff. si cer.pet. & in l.petens.C.de pact. & alibi sæpe.

2 Dicũt Doc. conuentiones innominatas, seu ob rẽ factas, vestiri seu robur assumere ex interuallo traditione facta seu implemento ex alterutra parte sequuto. exemplum promisi tibi equum dare, vt tu mihi stichum dares, postea ex interuallo, equum tibi dedi, & peto stichum, dicunt Doct. ex huiusmodi traditione vestiri conuentionem, alioqui nudam, & mihi

hi actionem competere ad stichum petendum efficacem, ita tradunt coiter Doct. in locis supra adductis, & alibi sepe, quorum snia videtur probari ex d.l. iurisgentium.§.i.ff. de pactis, & ex l. naturalis §. i.ff. de præscrip. verb.

3 Contra hanc receptissimam sniam, à qua nemo vnq; dissensit, mihi vr tex. expressus, in l. i. in fin. ff. de rerum permu. vbi facta fuisse proponit conuētio de permutatione inter nos facienda, deinde subijcit me traditione facta, si alter rem tradere nolit, nō in hoc acturum, quod mea intercst, rem illam accepisse, quam promisit, sed vt res mea mihi reddat, quasi re non sequuta, negat igitur expresse tex. ille agi, vt ex altera parte impleatur cōtractus, sed soluti repetitio datur, & sic dissoluitur conuentio. Igitur non fuit vestita ex traditione, seu ex interuallo alterius, post interuallum temporis facto.

4 Hanc eandem sniam pbat tex. in l. dedi.§.i. in fine, vers. quinimo. ff. de cōd. ob causam, vbi proponitur casus, quo inter nos conuenerat, vt aliquid titio darem, tu autem stichum manumitteres, ait lex, si deinde manumiseris, vel mortuus est stichus, tibi competere condictionem, d.l. dedi.§.i. in fi. & hęc est condictio ob causam, ex quo valde nota, tibi ad pecuniam promissam petendam tibi actionem non dari, sed stichum hoc est estimationem stichi manumissi, vel in [illegible] re, dum ad prætorem manumittēdus duc[illegible] [illegible]efuncti.

5 Ad idem est tex. in l. naturalis.§. vltimo. ff. de præscr. verb. vbi vterq; conuenimus de aliquo faciēdo, puta vt ego stichū, tu Pamphilum manumitteres: Ego stichum manumisi: tu nō vis Pamphilum manumittere necessario, inquit, sequitur, ut fiat cōdemnatio eius, quantum interest mea, habere seruum, quem manumisi, & sic non quanti interest Pamphilum

philum a te fuisse manumissum, sed quanti interest me rem ratam habere, hoc est seruum quem manumisi: patet ex his non vestiri ex interuallo contractum huiusmodi, sed res data si præstari potest condicitur, si non potest, interesse prestatur, idest quanti interest me habere rem meam. d.l. naturalis.§.vltimo.d.l.dedi.§.i.in fi.& d.l.i.in fine.

6 Concordando opiniones dic quòd si contractus a traditione incipit, & sic incontinenti do, vel facio, quod conuenit, vestitur contractus, & datur mihi actio aduersus te, vt & tu impleas ex parte tua, ita loquitur tex.in d.l.iurisgentium.§.primo.ff.de pac. & l.naturalis.§.primo.ff.de prescriptis verbis. Si ex interuallo impleuero, non vestitnr contractus sed res data, aut estimatio repetitur, seu quanti interest rem meam habere, d.l.dedi.§.i.in fi.d.l.naturalis.§. vlt. & d.l. i. §.vlti.quod valde nota, quia magna est declaratio

CAMILLI

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS, COMMENTARIORVM AD RVB.

.ff. De verborum obligation.

LIBER IIII.

De conuentione, Caput primum.

CONVENTIO verbum generale est. numero.1.
Conuentio differt à pacto, tanquam genus à specie.nu.2.
Pactum generale uerbum, æquale conuentioni. numero.3.
Pactum in specie sumptum minus significat; quàm conuentio, secus si in genere.nu.4.& 5.
Stipulatio continetur appellatione pacti,nu.6.
Pacti appellatio.in dubio capitur in specie. nu.7.

NVNC de Conuentione tractandum est.
1 Conuentio itaq; est verbum generale ad omnia pertinens: de quibus negotíj contrahendi trãsigendiq; causa consentiunt qui inter se agunt. Nam sicuti cõuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, & veniunt, ita qui ex diuersis animi motibus, in vnum consentiunt.i: in vnam sententiam decurrunt.

Adeo autẽ conuentionis nomen gñale est, vt nul-

lus sit contractus, nulla obligatio, quę non habeat conuentionem, siue re siue verbis fiat. Nam & stipulatio, quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est. l. i §. conuentionis. ff. de pact.

2 Differt igitur conuentio à pacto, quia cōuētio est nomen magis gñale, pactum aūt speciale, vt hæc loco tradit Ias. Ideo cōuentionis appellatione non solum pactum nudum, sed & alij contractus & distractus continebuntur, Bar. in l. lecta. ff. si cer. pet. Iason hoc loco. Cagnol. in d. l. lecta, numero 87. Gallia. hic num. 46. Nig. hic nume. 32.

Et latius patet, quàm pactum, fm Moder. hic, & quos allegat Galliau. num. 46. Molin. num. 30. Leon. hic, nu. 50. & 53. Pactum autē strictius p3 fm Ias. hic.

3 In contrarium videtur tex. in l. i. ff. de pac. vbi pactum à pactione dicitur. Est autem pactio duorum pluriumve in idem placitum, & consensus, d. l. i. in princ. & in l. pactum. ff. de pollicita. dicitur, pactum duorum consensus atq; conuentio. Ex quibus apparet nihil differre pactum à cōuentione, quicquid. n. conuentum est inter duos pluresve, dicitur pactum quasi ad pacem habendā factum. c. pactū, de verbo. signifi. Abb. in c. i. num. iij. de pact. qui dicit, ꝙ omnis conuentio continetur appellatione pacti, & animaduertit Bal. in rub. C. de pact. Garz. in l. iurisgentium §. conuentionis, nume. 2. & 3. colum. 2. ff. de pactis, & Alcia. hic. numero 13. Galliau. hic, numer. 46. Iaco. de Nigr. hic numero 33. Torniell. nume. 55. Leo. numero 80. & alij.

4 Distinguendo concordantur opiniones, prout distinguit Abb. in d. c. i. nume. 4. de pact. vbi ait, quòd Pactum habet duplicem significationem, alteram latam seu generalem, alteram strictam, & specificā. accipiendo pactum in significatione generali, idem est quod conuentio, & latè patet, comprehendens tā

pactum

pactum vestitum, quàm nudum, & tam conuentionem nominatam, quàm innominatam. Ita accipitur in l.i.ffide pact.& in l.pactum.ff.de pollicit. gloss.in l.i. in verb.figuris ff.de acti. Aret.in l.i.colum. i.infr.eodem, Sanseuer.in tracta.de pact. q.iij. Raph. Cuma. in l.i.§.si quis ita, infra eod.Bal.in rub.C.de pact.

5 Si verò strictè accipiatur tunc accipitur pro conuentione nuda, & differt à conuentione, tanquā species à genere Ita accipitur in l.legitima, & in l.iurisgentium§.vt puta.ff.de pactis, Abb.in d.c.i.num.4. de pact. Alciat.nume.14.Torniel.num.55.Gallia; numero 46.Nig.nu.32.Leon.numero 80.

6 Ex quo infertur, quod stipulatio continetur appellatione pacti in genere sumpti, s͂m Raph.Cuma. in d.l.i.§.si quis ita, infra eodem, ex quo in stipulatione adest consensus duorum.l.i.§.conuentionis in fi. ff.de pact.quicquid dicat Ias.hic, contra quem omnes tenent. vt hic per Alcia.nume.13.Galliau. num. 46.Nigr.numero.35.& 36.

7 In dubio tamen intelligimus de pacto simplici. Et sic in dubio appellatione pacti non intelligit͂ de stipulatione, in instrumento. Ioan.Bapt. de Santoseueri.in tract.de pactis, quæstio.iiii.

Sequitur Galliau.numero.46.Pau.Castr.in consilio.xliij.viso puncto, libro.ij.Rip.hic numero.20.

An autem conuentionis verbum in instrumento scriptum stipulationem interuenisse designet, sequenti capite tractabitur.

C A P. I I.

Conuentionis uerbum in instrumento scriptum an importet stipulationem, quòd sic.numero.1.& 2.uide contra.numero.6.

Promißio in instrumento stipulationem significat. num. 2.
Potior significatio in uerbis accipitur. nu. 3. uide nu. 12.
Actus qui geritur, ut sustineatur fit interpretatio nu. 4. uide numero 13.
Præsumptio pro ualiditate actus omnes alias superat. numero 4.
Interpretatio fit ut iuri uetustiori actus tribuatur. nu. 7.
Naturale præualet accidentali. nu. 8.
Actus interpretatur, ut minus lædat. nu. 9. & ut minus obliget. numero. 12
Extrinseca non præsumuntur. nu. 10.
Promitto & conuenio differunt nu. 11.
Actus non debet ualere omni meliori modo. nu. 13.

1 QVOD attinet ad verbum conuentionis stante hmôi ampla, & generali significatione quæri solet nũquid uerbum istud in instrumento scriptum accipi pro stipulatiõe debeat, an potius pro pacto nudo.

In hoc articulo variæ sunt opiniones: quidam .n. pro stipulatione accipi oportere existimant, alij ad nudam pactionem referendum esse arbitrantur.

2 Primam opin. amplexus est Bal. in l. i. C. de vsur. & Pau. Cast. in l. lecta. ff. si cert. pet. & ibi Ias. latè cõprobat. Idem Ias. hoc loco admittit, & Leon. num. 51. Molin. num. 35. & 41.

Hæc sñia exemplo promissionis comprobatur: nam verb. promitto in instrõ, scriptum pro stiplõne accipitur §. si ita scriptum, Inst. de inutil. stip. quo exemplo idem dicendum est de verbo Conuentio, seu conuenit.

3 Secundo verbo accipienda sunt in potentiori significa-

gnificatu.l.i.§.i.ff.si ager vect.vel emph.Igitur verb. conuentio, quod etiam stipulationem comprehendere potest.l.i.§.conuentionis.ff.de pact. cum potentior sit stipulatio, quam pactum.§.i.Inst.de verb. obl.de stipulatione, quasi ea sit potentior significatio accipi debet.

4 Tertio verba ita semper sunt interpretanda, vt actus, qui geritur, sit in tuto, & vt valeat, non pereat actus.l.semper in stipulationib.ff.de reg.iur.l.quoties, infra eo.l.quoties in actionib.ff.de rebus dub.l.iij.ff.de mil.testa.c.Abbate sanè.ff.de verb.sign.

Nam præsumptio legis nõ inducitur ad infirmandum, sed potius ad confirmandum actum, vt not. Bal.in l.si quis filio, in princ.ff.de lega.i. & hęc præsumptio validitatis actus præualet cæteris omnib. præsumptionibus.d.l.vbi Dec.no.nu.6.ff.de reg.iuris, Dec.in c.quoniam abbas, col.vij.de off.deleg. & in consi.lxx.& consi.cxl.Alcia.de pręsump.lib.iij.c.34.

5 Quarto probatur hæc sententia, in l.i.C. de cõtrahen.stip.qui tex.non meret allegari, quia ibi de cautione agitur, vt per Ias.in d.l.lecta. & Cagn. nu.92.

Quinto in l.seruus ea lege.ff.de ser.expor.ibi, conuenit citra stipulationem. Qui tex.nihil facit, sed tamen ex eo colligitur quod conuentionis appellatio etiã stipulationem continet: sic etiam intellige l.pacta nouissima.C.de pact.Cagn.in d.l.lecta.nu.88. aliter tollit obiectum, ibi vide post Dec.in iiij.not.nu.9.

6 Contrariam sententiam quod immo verb. Conuentio de nuda pactione accipi debeat, etiã ante in instrumentum scriptum est probat Bar.in l.lecta.ff.si cer.pet.& ibi hoc idem tenent Ang.Fulg.Alex.Are.Socy. & alij communiter, Bal.in c.cum in iure, de off. deleg. Are.in l. qui romæ.§.flauius, infra eod.Brun.in tracta. de forma.in articulo de probat.fol.i.col.ij. & fol.8.colũ.ij. Sanseue.de pact.q.iiij.Soc.in consi.cclxvij.col.i. lib. i.Fel.in c.i.de pact.col.ij.num.2.Pau.Cast.& alij in l.

sciendum, infra eodem, Cagnol. in d. l. lecta, in. 14. no tab. numero. 87. qui dicit quòd omnes doctor. ita tenent. Galliau. hic numero. 40. Rip. colum. v. numero. 18. Dec. in d. l. lecta, in. iiij. notab. nume. 9.

7 Pro hac opinione facit regula, quòd quoties dubium est, cui quid attribui debeat semper vetustiori attribuendum est, Ioan. Fab. in §. i. col. iiij. versi. præterea quoties, Insti. de actio. Signor. consi. clxvij. nume. 22 Alber. in l. ij. §. deinde ex his, col. i. ver. præterea si dubium. ff. de origin. iur. vbi ait actum denominari debere à vetustiori, per text. in l. in finalibus §. vltimo, ff. finium regund. & in §. singulorum, Insti. de rerum diui. Cum itaque conuentio nuda sit iurisgentium. l. iurisgentium. ff. de pactis, & sic antiquior, quàm stipulatio sit, quæ dicitur esse iuris ciuilis. §. de constituta, Institu. de actio. glo. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Igitur de conuentione nuda, vtpotè vetustiori accipi oportet verbum Conuentio, seu Conuenit, in in-

8 strumento scriptum. Secundo pro hac opinione facit regula, de qua in l. veteribus, ff. de pact.

Tertio facit, quia quod naturale est, præualet ei, quod est accidentale, & aduentitium. l. qui habet, in princip. & ibi Dyn. & Barto. ff. de tutel. l. si quis posthumos, & ibi Ias. in primo notab. ff. de liberis, & posthumis. Bart. in l. vltima. ff. de offic. procons. Sanè cōuentio nuda est secundum naturam, stipulatio est accidentalis secundum Ius ciuile, ergo de conuentione iurisgentium intelligemus.

9 Quarto illud, quod dubium est & incertum semper accipere debemus in eo sensu, vt minus lædat. l. semper in obscuris, de regu. iur. c. in obscuris, eo. tit. lib. vi. gl. vtrobique adduci concordant.

Et actus qui potest trahi ad duo, quorum vnum prodest, alterum nocet, debet potiùs attendi quod prodest, quàm quod nocet. l. non intelligitur §. si quis pa

lam

lam, & ibi Bart. ff. de iure fisci. l. emancipatus. §. vlti. ff. de senator. l. si vir vxori. ff. de vsucapi. pro donati. Sanè conuentio nuda minus praeiudicat, quàm stipulatio. Ergo de nuda conuentione intelligendum est.

10 Quintò, instrumentum est quid extrinsecum ab ipsa conuentione. Extrinseca autem non praesumuntur. l. quicunque, in fi. ff. de public. Igitur instrumentum non est praesumendum nisi doceatur, Galliaul. hic nu. 46. Vltimo probatur in l. lecta, in ver. conuenitque. ff. si cer. pet. & in l. qui Romae. §. flauius, in verbo, cōuenit, & ibi Are. no. inf. eo. & in l. si tibi. C. loc.

11 Hac opinione retenta non obst. exemplū, de quo in d. §. si scriptum, Insti. de inutil. stipula.

Respond. longam esse differentiam inter verb. promitto, & verb. conuenio, vt per Barto. in l. lecta. ff. si cer. pet. & ibi Doct. & Docto. hoc loco: & nouā assignat Leon. hic nu. 60. de quibus videbimus cum de promissione tractabitur, & sic aliud, pmissione scripta, aliud in conuentione seruari oportet, & ita se habet communis opinio.

2 Non obst. quod verba debent accipi in potiori significatu, quia istud procedit, qñ uerbum aliquod hz duplicem significationem, alterā latam, altera strictam; prout est adoptio. l. i. & ij. ff. de adopt. tunc accipitur verbum in significatione stricta, Alex. in rubr. ff. solut. mat. nume. 22. Bar. in l. hoc legatum. ff. de lega. iij. Secus est qñ verbū manet in suo gñe, put est verb. cōuentionis: nā tunc nō accipit in stricta significatiōe quā non hz, sed gñaliter significat. Item non hz locū contra regulam, de qua in d. l. veteribus, ff. de pact. Secūdo nō procedit argm̄ qñ agitur de obligatione contrahenda: tunc. n. capitur sensus qui minus obligat, l. veteribus. ff. de pact. l. in contrahenda, de regulis iuris, l. labeo scribit. ff. de contrahend. emptio. l. si quid venditor, ff. de aedil. edicto.

13 Non obst. l. quoties, de reg. iu. Respon. fieri quidē interpretationem vt valeat actus: non tñ vt valeat oī meliori modo quo pōt, vt trad. glos. in d. l. si quid venditor, in verb. ex bono. ff. de ædil. edict. Sufficit ergo quòd valeat conuentio aliquo modo, & sic vt pactum nudum sustinebitur, & erit satisfactum regulę, de qua in d. l. quoties, de reg. iur. & fit interpretatio, vt minus obliget, d. l. veteribus. Non ob. l. i. C. de contrah. stip. Non. n. loquitur de cōuentione, sed de cautione & sponsione, quæ longè differunt à conuentione: & de quibus postea tractabitur, hęc tñ cōclusio, non nullas limitationes recipit de quibus sequenti capite agetur.

C A P. I I I.

Conuentionis uerbum in negotio inter præsentes gesto importat stipulationem. nu. 1. contra est communis. numero. 5.

L. i. C. de contrah. stipul. num. 1.

L. tutor. §. ult. ff. ue usur num. 2.

Vsuræ sine stipulatione non debentur. nu. 2.

Argumentum à contrario sensu non sumitur. nu. 3.

Ratio una ex pluribus interdum allegatur, quia sola sufficit ad determinandum, non quia ea cessante, cesset dispositio. numero. 3.

L. ij. §. pen. ff. de uerb. oblig. nume. 4.

Conuentio in instrumento pro stipulatione accipitur, si ex præcedentibus & sequentib. id apparere poßit nume. 6. uide contra, numero 7.

Stipulatio an importetur per illa uerba hoc acto, & conuento, quòd non secundum communem, numero. 9. immo

mo sic, numero 8. & 10.

Actum refertur ad stipulationem nu. 10.

Conuentio secundum ius canonicum significat stipulationem. nu. 11. ego contra. nu. 12.

C. i. de pact. quomodo procedat. nu. 12. 13.

Indefinita à lege prolata, non æquipollet uniuersali si resultet correctio. nu. 14.

Nec ubi non subest in omnibus eadem ratio. nu. 14. et 15.

Pactum de iure cano. per ecclesiasticam censuram exequitur. nu. 16. non autem per uiam actionis, nu 16.

Conuentio in actis iudiciarijs scripta, an importet stipulationem. numero. 17. & 18.

1 RETENTA communi, quod verbũ, conuentio, in instrõ scriptum, stipl'onem non importet limitatur nõ procedere, qñ negotium, de quo conuenit, apparet gestum inter præsentes: tunc, concurrente scripturæ fauore, semper intelligimus fuisse contractam stipulationẽ quocunq; verbo vsi fuerimus, siue placiti, siue conuentionis, siue alterius cuiuscunque. Ita tradit Moli: hoc loco, nu. 35. cuius sentẽtia vr̃ probari in l. i. C. de contrah. stip. Vbi proponitur epistola fuisse in actis producta. Nullum verbum de stipl'one apparebat: tamen, inquit, lex, si res inter præsentes gesta est, credendum est, præcedentem stipl'onem vocem spõdẽtis esse subsequutam. Et ibi gl. subijcit ex epistola oriri præsumptionem stipl'onis. Tñ ille text. non omnino ꝓbat hanc sñiam: quia in eo fit mẽtio, de verb. cauebatur, & de verb. spondentis, quę stipl'onẽ præ se ferre videntur, & verbo promitto, ęquipollet. §. in hac re Insti. de verb. oblig. Leon, hic, nu. 64. & di-

xi su-

xi supra, & fatetur hoc loco ipse Molin. numero.37: Iccirco puto eius sententiam non esse veram.

2 Secundo in hanc sententiam adducitur text.in l. tutor.§.vltimo.ff.de vsur.Vbi qui mutuam pecuniã acceperat à titio, huiusmodi chirographũ cõcepit: Scripsi me accepisse,& accepi â Titio mutuos & numeratos: decem,quos ei reddam Calen. Iulijs,cũ vsuris placitis inter nos.Quæsitum est an ex eo istrumento vsuræ peti possint,& quę.Responsum est, si non appareat de quibus vsuris conuentio facta sit, peti eas non posse.Sentit igitur manifestè ille tex.in casu proposito,si apparuerit de quibus vsuris cõuenit,eas peti posse ex illa scriptura, in qua tamen de stipulatione nullum verbum, sed de placito vsurarum tm̃ facta fuit mentio:& nemo est qui nesciat vsuras sine stipulatione promissas non deberi.l. quãuis.C:de vsur.l.Titius.ff.de præscrip.verb.Igit videtur ibi expressum,ꝙ placitum in chirographo scriptum stipulationem protẽdit, qñ.s.negotium inter presentes gestum est.

3 Potest responderi non esse sumendum arg. à contrario sensu:sed esse casum omissum:Nõ.n.determinatur casus in quo appareret de certa summa vsurarum conuenta:Igitur ex alijs legibus id quæri oportet.l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.Ex pluribus.n.rationibus,quæ excludebant actorem à petitione, vnica fuit contentus Iurisconsul. non quia existimaret, ea cessante,contrarium esse decidendum, sed quia illa sola ad excludẽdum actorem satis, abũdeq; sufficit. cum enim plures vigent rationes altera cessante nõ cessat dispositio §.affinitatis,Insti. de nup.

4 Tertio adducitur etiam tex.in l.Titia.§.pen.infra eo.vbi septitius litteris suis prestaturum se cauit pecunias,& vsuras semisses,quę apud Semproniũ depositę sunt. Subijcit lex, si inter præsentes actũ est,

intelli-

intelligendum est etiam à parte Lucij Titij præcesisſe verba stipulationis. Respond. vt supra quod in ea scriptura erat verb. Cauit, vel aliud verbum stipulationi aptum, vt innuit tex. ille in verb. etiam, sentiẽs ꝙ ex parte cauẽtis interuenerunt verba stiplõnis.

5 Ex his defenditur communis sententia, qua traditum est, cõuentionis verbum in instrõ adiectum, et inter præsentes nudã pactionem præ se ferre, quam probat tex. in d. l. lecta. ff. si cer. pet. & in l. qui romæ. §. callimachus, infra hoc eodem tit.

6 Secundo limitatur nõ procedere qñ ex præcedẽtibus, aut sequen. apparere potest cõuentionem factã fuisse promittendo: veluti si sic concepta sit scriptura. Conuentum fuit inter Titium, & Mæuium, vt titius daret Mæuio centum.

Hæc conuentio sonat in promissionem. Ideo de stipulatione intelligenda est, s̃m Leon. hic, nu. 60. & 61. Vbi cõcludit generaliter, ꝙ omne verbũ significans promissionem in scripturã redactum, probat stiplõnem, quia tũc subest eadẽ ratio, quæ militat in verb. ꝑmitto, de quo in d. §. si scriptum, Inst. de inut. stipu.

7 Hæc sententia tametsi arguta videtur, mihi non placet: & est cõtra tex. in d. l. lecta, in vers. conuenitq́3. ff. si cer. peta. vbi conuentio sonat in promissionem: tamen nudam pactionem significat: sic enim verba sunt concepta. Conuenitq́3 inter nos, vt P. Mæuio ex summa suprascripta menstruos refundere debeã denarios trecentos. Est enim conuentio de dando in futurum: & sic promissio: tamen nudam pactionem tantum significat, secũdum omnes doct.

8 Tertio limitatur non procedere qñ in instrumento sic scriptum est: hoc acto & cõuento inter partes &c. nam licet verb. cõuẽto ad nudam pactionem sit referẽdum, tamẽ verb. acto, stipulationem videtur importare, l. labeo, in prin. ff. de verb. signi.

Contra-

9 Contrarium tenet Bald. in c. cum in iure col. v. de offi. deleg. Sequitur Pau. Cast. in l. i. C. de vsu. & hoc loco Galia. nu. 4. & Rip. in l. Lecta. nu. 88. ff. si cer. pet.

Pro qua opinione facit, quia verb. actum est gña le. d. l. labeo, & per consequens incertum. Ideo, quem admodum verbum conuentio propter gnalē signi ficationem, & incertam ad nudum pactum refert. Idem pari ratione dicendum erit de ipso verb. actū, secundum Doc. hoc loco, pręcipuè Leon. nu. 60. facit tex. in l. veteribus. ff. de pact.

10 Tamen prima opinio mihi vr̄ verior per text. in d. l. labeo. Non obst. ꝙ sit verbum gñale, rn̄deo, non esse generale ad conuentionē nudam, sed semper ad vestitam confertur, siue re, siue verbis actum sit. ita loquitur tex. in d. l. labeo. Referendum est igitur ad id, quod actum est vel re, vel verbis. Et propterea, nisi de re apparuerit: puta de numeratione pecuniæ actum verbis intelligemus, maxime vt verb. acto, iunctum ad verb. conuento, aliquid operetur: quod alioqui esset superfluum.

11 Quarto limitatur non procedere ſm ius canonicum, quo iure quæuis conuentio etiam nuda est effi cax. c. i. de pactis, & ibi gl. & doct. not.

Quæ sanctio ſm Molin. hic, nu. 42. in vtroq; foro ciuili. s. & pontificio obseruatur. nec de verb. forma aut solennitate curatur. Quo fit, si ei fides est adhibē da, vt multorum prolixa, & operosa commentaria sint superuacua.

12 Aduerte non est omnino tutum ꝙ in d. c. i. simpli citer fuerit statutum, vt ex quouis placito nascatur actio. Cū enim de correctione iuris ciuilis nulla fiat mentiō, non est credendū correcta esse iura antiqua contra. l. præcipimus. C. de appel. & contra glo. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti, de elect. libr. vi. Nec ob. quod ait canon, Pacta custodiantur, quia aduerten

dum

dum est eo loci duo proponi, scilicet pax seruetur & pacta custodiantur. Quod sic potest intelligi, vt pacta quę pacis occasione facta fuerint, custodiãtur, & sic nõ oĩa pacta, sed vestita ex pacis, cõtractu sunt ser-
13 uanda. Secundo licet dicat canõ pacta eẽ custodiẽda tñ nõ explicat quatenus sint custodienda: dicemus igit̃ ea custodiri oportere eo mõ, quo prætor seruari iubet. l. iurisgentium. §. prætor. ff. de pact. qui sensus accipiendus est, vt vitetur legum correctio. Custodientur igitur pacta, variè tñ. Nam quędam actiõis suffragio ad effectum perducentur, quędam per exceptionem defendentur, iuxta distinctionẽ de qua ĩ d. l. iurisgentium. §. i. & §. igitur nuda, de qua re vide quæ dixi supra libro primo.

14 Nec ob. si quisquam dixerit, constitutionem de qua in d. c. i. de pact. gñaliter, & indefinitè esse conceptam. Ideo gñaliter intelligẽdam. l. i. §. gñaliter. ff. de leg. præst. Et indefinitam à lege prolatam æquipollere vniuersali, Bar. in l. si pluribus. de leg. i. Glo. in c. vt circa in princ. de elec. lib. vi. per l. si seruitus. ff. de seru. vrb. præd. Rñd. nullam esse orationem adeo generalem, quæ non recipiat interpretationem ex cã, quando in omnibus non subest eadem rõ. Corne. in consi. cxl. lib. iij. nu. 3. glo: Bar. & doct. in d. l. si pluribus. ff. de leg. ij. Bal. Ang. & Raph. in d. l. si seruitus, et tunc comprehendit illud tantum in quo maior est ratio, vt comprehendatur. Corn. in d. consi. cxl.

15 Sanè non est eadem in omni pacto producendæ actionis rõ, ergo non ad omnia porrigetur, sed ad ea tñ in quibus maior est ratio, hoc est ad pacta vestita. Item in materia odiosa, Indefinita non æquipollẽt vniuersali, l. ij. ff. de lib. & posth. vbi Soc. notat, & Dec. in l. i. nu. 12. de reg. iur. Bar. in l. i. §. sed si incertũ, ff. de vent. inspic. Sanè materia correctoria est odiosa, & restringibilis, d. l. pręcipimus, in fi. C. de appel.

Igitur

Igitur sanctio canonica strictè intelligēdá est ne corrigat ius ciuile, vt sępe dixi.

Tertio quicquid sit in foro canonico, saltem in foro seculari seruabitur ius Cæsareum, vt per Abb. in c.i. de ope. no. nunc. quicquid dicat Molin. hic.

16 Quarto remedium, quod ex pacto nudo orit, nō est actio, sed ecclesiastica coerctio d.c.i. de pac. cuius exercitatio non congruit iudici seculari: Ideo pacti obseruatio nō inducetur per iudicē secularem. Ideo superuacua non sunt commentaria Docto. super stipulationibus introducendis, quicquid dicat Molin. nu. 42. & 43. & quę veniāt appellatione censurę ecclesiasticę, vide text. in c. quærenti, de verb. signi. & ibi Abb. & Doct. Idem Abb. in c. cum clerici, de pactis, in gloss. vlt in fi. ex his puto defendi posse hanc limitationem nō esse veram.

17 Quinto conclusio antea facta de verbo conuentionis, quod scriptum reperitur, limitatur non procedere, quando verbum conuenit est in actis iudiciarijs scriptum, tunc enim efficacius est, & vim stipulationis consequitur, Ias. in d. l. lecta, column. v. post Roma. per text in l. cum ostendemus. §. vlt. ff. de fideiusso. tuto. vbi qui pasi sunt se fideiussores nominari, & in actum referri perinde tenētur ac si legitimo iure stipulatio interuenisset, colligitur itaq; ex eo tex. ꝙ nuda cōuentio in actis scripta pro stipulatione habetur, Cremen. sequitur singul. cxli. Paris. in d. l. lecta in addit. ad Bar. nu. 12.

18 Cagnol. animaduertit ex eo textu non probari hanc limitationem, numer. 91. primo, quia ibi nulla mentio de conuentione. secūdo quia decisio illa nō est fundata in sola actorum scriptura, sed plura requiruntur. primum ꝙ sint præsentes, secūdo ꝙ nominentur fideiussores à tutoribus. tertio ꝙ ipsi sic nominati nō contradicant. quarto ꝙ patiantur nomi-

na sua referri in acta, quinto quod versetur fauor pupillorum, Ita declarat Alex. in l. i. in princi. col. pen. circa fi. nume. 38. infra eod. & Cagno. in d. l. lecta, nume. 91. ff. si cer. pet. vbi etiam allegat Marsil. in rub. C. de
19 probat. colum. xviij. num. 96. qui tamen nihil distinguit. Subijcit Cagn. scripturam illam tametsi nō sit stipulatio, nec pro stipulatione habeatur, calore tamen iudicij efficacem esse, & actionem producere, l. siue apud acta, vbi not. C. de transactio. Fely. in ca. i. de pact. colum. ij. ante fi. num. 4. conclusio ista quod pactum nudū calore iudicij vestiatur, & sit efficax nō est omnino tuta, de ea videbimus in l. i. in princ. infra eod. vbi Alex. latè insistit, & Mod. cæterę limitationes sequenti capite explicabuntur.

CAP. IIII.

Conuētionis uerbum in praxi ubi quòd accipitur pro stipulatione etiam in testimonijs. nu. 1.

Ego contra puto. num. 2.

Doctori de praxi, aut consuetudine attestāti an standū sit. numero. 3. & 4.

Non uerisimilia dicenti non creditur. nu. 3.

Actio ex pacto secundum ius ciuile non oritur. nu. 4. 5.

Pœna pacto nudo promissa non debetur. nu 6.

Pœna promissa ex iure canonico non exigitur. nu. 7.

Saturnina opinio reprobatur. nu. 7.

Conuentio in materia fauorabili pro stipulatione accipitur. numero. 8.

Contra numero. 9.

Conuentio pro pacto nudo accipitur, quando separatæ sunt stipulationes à conuentionib. aliàs secus. nu. 10.

Contra numero 11.

Pars una contractus declaratur per aliam. nu. 12.

1 CONCLVSIO antea facta de uerbo conuentionis, quòd scriptũ non importet stiplõnem, limitatur sexto, vt nõ procedat ex cõsuetudine, & ex praxi, cõiter recepta tam in foro Cęsareo, quàm in pontificali, si credendum est Carol. Molin. qui id nu. 42. magna authoritate affirmat, ait. n. hoc tpe nõ tm̃ in scriptura, sed ẽt verbotenus prolata conuentio, seu ẽt per testes probata pro stipulatione accipitur, quinimo ẽt pœnam, & vsuras conuentione nuda promissas deberi, & fideiussorem obligari contendit motus Canonis authoritate de quo in c. i. de pact. & ita iactat in praxi vbicunque seruari, multa doctor iste vno fasce concludit, in primis quod attinet ad text. in ca. i. de pact. antea satis superque demonstraui sententiam hanc nõ probari, lib. ij. c. ij. & iij. & iiij. quo fit vt sublato fundamẽto, corruat quod superędificatum est. c. cum paulus i. q. i.

2 Quod attinet ad praxin quam vbique & in quocũque foro receptam attestatur. magnum profecto verbũ est, & magnifaciendum si verum est, vt scribit Abb. in c. cum ad sedem, col. x. de resti. spol. Iás. in l. si constante, nu. 51. & nu. 86. ff. sol. ma. & in l. miles, nu. 8. & in l. qui pro tribunali, nu. 27. ff. de rę iud. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. in. 2. lect. col. xxvi. ff. de libe. & posth. & in l. i. §. sublata col. iiij. ff. ad treb. Curt. in consi. lx. Neuiz. in consi. iiij. nu. 3.

3 Tamen meminisse debuit, non temere eum affirmare debere, quod nec verisimile est, nec posibile eũ scire, oportuit. n. cum qui de vniuersali consuetu

dine

dini,& praxi totius orbis terrarum atteſtatur, omnia tribunalia, omnes regiones, & cuiuſcunque loci fora perluſtraſſe, quod cum nõ fecerit, nec uerisimilia nec ſibi poſsibilia aſſerit, quamobrem ægre ferre nõ debet ſi illi fides non detur, quod.n. veriſimile non eſt falſitatis h3 imaginem.c.quia veriſimile, de præſumpt.& ibi Felyn.col.i.in fi.l.non eſt veriſimile.ff. quod me.cau.& fides habenda non eſt vt ſcribit Fely.in c.auditis col.xi.de præſumpt.Cur.in cõſ.xvij. col.ij.Soc.conſi.xxviij.col.iiij.& conſi.xcviij. col.ij. lib.iij.Alex.conſi.ij.lib.vij.

4 Meminiſſe etiam debuit Molin. Doct. de conſuetudine atteſtanti, non eſſe credendum, Iaſ.in l.de quibus col.pen.ff.de legib.Roch.Curt.in c.vlti.cart.29. q.v.Dec.conſi.cxlij.col.iij.& in c.ad audientiã, col. ij.de reſcrip.Alex.in conſi.lx.col.i.libr.iij. Curt.Sen. conſi.lxxviij.propè fi.Soc.conſ.xxxix.nu.27.lib.4. & cõſi.xlvi.ad fi.& Corn.in cõſi.lxxiij. lib.iiij. Cagnol.in l.ſi quis maior.nu.lxxiij.C.de tranſac.& ita ſe h3 communis opinio, vt trad. Neuiz.in cõſ.lxvi. nu.31.precipue in conſuetudine quam qui atteſtat veriſimiliter neſcit, prout Corn.reprehendit Barto. qui cum Peruſij degeret, de conſuetudine Albe.ciuitatis atteſtari auſus eſt, & Neuiz.in d.conſi.lxvi.nu

5 me.31.Præterea quicquid ſit in foro cano.ſaltem verum eſt in foro ſeculari ex pacto non oriri actionem d.l.iuriſgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.& dato quod pactum ſm pontificales ſanctiones, ſit efficax tñ ius illud in foro Cæſaris non ſeruatur, vt ex aliorũ mẽtẽ concludit hoc loco Alcia.col.iiij.num.17.& 18.nec veriſimile eſt contra ius expreſſum vniuerſalem cõſuetudinem fuiſſe introductam, ideo qui ſuperat ſi fundat, probare debet, Iaſ.in l. de quib. col.pen.ff.de legib.Cur.in c.vlt.car.xxix.col.i.de conſue.Deci.in conſi.cxlij.col.ij.Neuiz.in cõſi.xviij. nu.23.

6 Quod attinet ad pœnam, quam pacto nudo ꝓmiſſam efficaciter deberi contendit cõſideret rogo ipſe qui praxim omnium rerum & æquitatem canonicam profitetur, an bonæfidei conueniat, & æquitati pœnam nuda conuentione promiſſam exigi, quam ex cõtractib. bonæfidei lex pacto incõtinenti appoſito non eſſe exigendam ſtatuit, ſm multos niſi quatenus intereſt, l. ſeruus ea lege. ff. de ſeruis export. de quo tamen non diſputo, ſed remitto vos ad tradita per Alex. & alios, in l. ſtipulatio iſta §. alteri, Infr. eo.

7 Dum tamen ſciatis pœnam conuentionalem etiam valide promiſſam ex æquitate canonica ſi nõ interſit peti vix poſſe, gl. in c. fraternitatis. xij. q. ij. Bal. in l. quibus. §. dñs in fi. ff. de cõd. & demonſt. Bal. in l. iubemus. §. ſanè. i. C. de ſacro. ec. & in l. id quod pauperibus. q. ix. C. de epiſco. & cle. Ant. But. Imol. & And. Sicul. in c. vlt. de præſcrip. de quo vide Corn. conſil. clxxxviij. lib. i. & in conſi. ij. lib. iij. & conſ. lv. eo. lib. & conſi. clxvi. lib. iiij. & conſi. xxviij. lib. ij. & conſi. lxix. eod. lib. de qua re paulo infra agetur, nunc his omiſsis quæ ad rem noſtram non pertinent ad inſtitutum pergamus, quod attinet ad teſtimonia, ſolus eſt in hac opinione. & cum nulla lege, nullaq; ratione ſit munita, poteſt id de eo dici, quod de ſaturnini opinione ſcribit Vlpia, in l. i. ff. de ſenatorib.

8 Limitatur non procedere in materia fauorabili, & ſic concluſio videtur procedere tantum quando agitur de cauſa odioſa, & reſtringibili, puta de vſuris, tunc. n. conuentionis mentio ad nudam tantum pactionem refertur, ita procedit text. in d. l. lecta. in verſi. conuenit, qui loquitur de vſuris, quæ odioſæ ſunt, ita tex. illum accipiendum putant Bal. in l. i. C. de vſur. & Pau. Caſtr. in d. l. lecta. Deci. non admittit

9 in d. l. lecta in. iiij. no. nu. 9. quia cõuentio illa, de qua ibi agitur, continet ſortem, fuit, n, dilata ſolutio ſor-

tis. Nec obst. ꝙ etiam de vsuris permistim agatur, rñdetur.n.conuentionem illam esse fauorabilem ex quo agitur de vsuris minuẽdis, vt animaduertit Deci.in d.l.lecta nu.9.post Rom.in l.sciendum, infr.eo. Alex.in d.l.lecta, col.ij.in fi.quo fit, vt fm eum conclusio ista communiter recepta procedat ĩdistincte, siue agatur de materia fauorabili, siue odiosa, & ita contra Pau.Cast.tenuit Sal.in d.l.i. C.de vsur. Rom. in l.sciẽdũ, infr.eo.col.8. Alex.in d.l.lecta, col.ij.in fine, in tertio notab.

10 Limitatur deniqȝ, vt procedat recepta sententia, qñ instrumentum continet plura capitula, quorum aliqua. sunt expressa stipulatione firmata, aliqua sunt cõuentione munita, & sic separate sunt stiplõnes à cõuentionibus tunc uerbũ conuentio ad nudã tantum pactionẽ refertur, & ita procedit text.in d.l. lecta. cęterũ si nullum capitulum sit expressa stiplõne firmatum, tunc conuentio in instrõ scripta, vim stipulationis obtinet.

Ita cõcludunt Fulg. & Rom.in d.l.lecta, quorũ errorem sequitur Molin.hoc loco nu.41. vr̃ tñ eius diuisionis ratio esse in promptu, quia in primo casu, I quo stiplõnem qñqȝ expresserunt verisimile est eos idem facturos in cęteris capitulis, siid sibi placuisset arg.c.ij.de transla.pręla. & admittit Dec.nu. ix:

11 Improbat Alex.in d.l.lecta, col.iij.ante med. nu.2 quia hoc quæritur, nunquid verbũ cõuentio ad stiplõnem sit referẽdum ex legis dispõne, qd' si admissum fuerit, nihil oberit vsus alterius verbi idẽ significãtis, quia nihil refert quid ex ęquipollentib. fiat l. si mr̃. C.de insti. & substi. l. mulier in prin. ff. ad treb. Nec refert ꝙ mẽs cõtrahẽtium, vr̃ non cogitasse de stiplõne in.ij.capit.quod Dec.obijcit. Rñdeo. satis esse, ꝙ vocabulum, id significet, cui mẽs cõtrahẽtium conformis esse intelligitur. l. labeo. ff. de suppel. lega.

12 Quinimmo ex quo de mente contrahentium ex alijs partibus instrumenti, constat nos stipulari voluisse, altera pars contractus obscurior declarabitur ex ea, quæ perspicua est. l. qui filiabus. ff. de legatis tertio. l. vtrum, vbi Barto. ff. de petit. hæred. l. quem admodum. §. hæc verba. ff. ad legem Aquiliam, vbi Barto. nota. Deci. in consilio cccccliij. numero. 8. nec enim tenemur semper eodem vti vocabulo, cũ plura habeamus idem significantia.

Quamobrem cum videamus conuentionem pro pacto nudo accipi in d. l. lecta, fateri oportet, conuentionis verbum simpliciter scriptum, in dubio pro nuda pactione accipiendum esse secundum receptã & veriorem sententiam, alioqui enim Calor stipulationis antecedentis, vel subsequentis potius vires addit, quàm detrahat conuentionibus. l. Titia, §. penul. infra eodem. l. petens. C. de pact. quia inducta ad augendum non operantur diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de legatis tertio.

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS, COMMENTARIORVM AD RVB.

ff. De verborum obligation.

LIBER V.

De Promissione Caput Primum.

PROMISSIO an sit generalius, quàm pactum? numero. 1.
Pacti significatio angusta. nu. 2.
Pactum idem quod conuentio significat. numero. 3.
Pactum & promissio habet se tanquam excedentia, & excessa numero. 4.
Ias. reprehensus defenditur. nu. 5. & nu. 7.
Promissio pollicitationem continet nu. 8.
L. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict. nu. 9. & 10.
Pollicitatio coherentia contractus uestitur. nu. 11. & 12.

1 TERTIO loco est promissio: quod verbum secundum Ias. hoc loco col. ij: num. 3. generalius est, quàm pactũ: Ait. n. conuentionem esse vocabulum latissimum, quo cõtinẽtur contractus oẽs & distractus quouis modo facti, siue consensu, siue re, siue verbis, siue literis. l. i. §. cõuentionis. ff. de pact. l. conuentionum, vbi glo. & l. labeo, eo. tit. Promissio autem aliquãto stri-

ctius angustiusq; accipitur, q̄ conuentio, amplius tamen significat, q̄ pactum: Nam promissionis verbo non solum pactio continetur, sed & pollicitatio & stipulatio, l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edicto. Ias. hic col. ij. nume. 3.

2 Et sic valde angusta est pacti significatio, quę stri ctius patet, q̄ cōuentio, minusq; q̄ promissio signi ficat. Idem Ias. in l. lecta, in iij. not. ff. si cer. pet. sibi cōtrarius, scriptum reliquit promissionis verbū magis q̄ cōuentionis generale esse, verificatur. n. in pollicitatione, quæ est solius offerentis promissio. l pactum. ff. de pollicit. quę tamen conuentionis appellatione non continetur, cum ea sit duorum consensus. l. i. §. conuentionis. ff. de pact. s̄m quæ conuentionis verbum minus significat, q̄ promissio.

3 Fortun. Garz. in d. l. i. §. conuentionis, col. ij. nu. 2. & 3. ff. de pact. eum reprehendit, & hoc loco Gallia: nu. 39. Nig. nu. 3. Torn. nu. 56. Nā, quod attinet ad pactum, vr̄ idem quod cōuentio significare: & pactionis applōne ea cōprehēdunt, quę cōuentionis verb. significantur. Fit. n. pactum cōsensu, verbis litteris, & re, prout & cōuentio. Garz. in. d. §. conuentionis, col. ij. nu. 2. & sic sunt sinonima hęc vocabula. In alio decipit Ias. s̄m Garz. in eo. s. quod dixit, promissionē latius patere, q̄ pactum, quia s̄m eū, pactū & cōuentio parem hn̄t significationem, quāobrem, quēadmodū cōuentio, ita pactum superat promissonē.

4 Postea subijcit Garz. promissiomem, & pactū habere, se tanq̄ excedentia, & excessa: Excedit. n. pmissio pactum, & cōuentionē in eo, quod pollicitationē cōprehendit, quæ nec pacti, nec cōuentionis verbo continet. Excedit aūt conuentio promissionē quia distractus, liberationes, & cōtractus re celebratos cōtinet, qui promissionis nomine nō significant. Garzi. in d. §. cōuentionis, nu. 3. Gallia, hoc loco, nu. 39. Iaco.

co.Nig.nu.33.Tornel.nu.56.Leon.nu.53.

5 Aduerte iniquè reprehenditur Iaſ. cum de anguſta pacti ſignificatione loquit. Nam ſi rectè conſiderentur eius verba, loquitur de pacto ad differētiam ſtipulationis, & ſtipulationis, & conuentionis, & ſic quod eſt quid mediū inter conuentionem, & ſtipulationem, & per conſequens accipitur in ſpecie. Et hoc modo intellectus, prout reuera intelligi dȝ, quic quid dicat Garz. rectè loquitur.

7 Aduerte ſecūdo quod attinet ad promiſsionē, dico eum quoq; in hoc recte locutū fuiſſe. Nam Iaſ. ipſe proponit pactum, & promiſsionem tanq; ſpecies cōuentionis, & tunc non continetur pollicitatio, ſed ſi quodlibet verbū in gn̄e accipitur, tunc procedūt tradita per doct. Tamen non ſic locutus eſt Iaſ.

8 Ad aliud aduertēdum eſt, quod dr̄ promiſsionis verbo pollicitationem contineri, illud quidem negari nō poteſt quod eſt expreſſum in l. pactum. ff. de pollic. Tn̄ hoc vr̄ impropriè dictum, quia cū nemo ſit cui promittat, nō facilè quiſq; promittere dr̄, cuius fidē nemo ſequit. Ita trad. Bal. in conſ. xcviij. nu. 3. lib. i. & in cōſi. ccclxxxiij. nu. 3. lib. v.

9 Obſtare vr̄ tex. in l. ſciendū §. dictum. ff. de ędil. edicto, qui de proprietate loquens, dictū à promiſſo ſic
„ diſtinguit. vt dictum accipi putet, quod verbote-
„ nus pronūtiatū eſt, nudoq; ſermone finitur: promiſ-
„ ſum autem poteſt referri, & ad nudam promiſsionē
„ ſiue pollicitationē, vel ad ſpōſionem. Quem tex. paſ
„ ſim hoc loco ad hoc propoſitum allegant Docto

10 Mihi vr̄ legē illā minimè probare id, ad qd' adducit nam eo loco promiſsio, & pollicitatio idē ſignificant, & ſic pollicitatio p̱ p̄miſsione emptori facta accipitur. Ait. n. nudam promiſsionē ſiue pollicitationē, quo loco particula, ſiue ſtat ſubdiſiunctiuè: prout quando dicimus, Alexander ſiue Paris: Nam

pro eodem accipiuntur, Alexander, & Paris, vt ait glo. in l. ad protegendum. C. de in lit. dand. tut. Cum itaq; dicit nudam promissionem siue pollicitationẽ vtroq; verbo idem significatur, & semper loquitur de pacto nudo. Quod ex eo quoq; manifestatur, q̃ ibi agitur quando teneatur venditor præstare ea, q̃ dixit emptori, & q̃n non debeat: & concludit, si sit dictum simplex, non teneri: si sit promissum, empto
11 ri teneri. Quod intelligit ipse si sponsione se obstrinxerit, vel promissiõe nuda, siue pollicitatione, & sic pacto nudo. alioqui si de pollicitatione propriè ageretur, frustra diceret teneri venditorem ex pollicitatione emptori, cum omnes vno ore fateantur quempiam ex pollicitatione nõ obligari priuato. & est receptior sententia, de qua re postea agetur.
12 Optimè quadrat id quod scribit Bald. in cõsi. xcix. incip. Betonus nu. iij. ver. tertium verb. lib. i. & cõsi. ccclxxxiij. nu. iij. lib. v. Mod. hic in addi. ad Ias. col. i. in fi. qui dicunt, promissum non dici quod est nuda voce pollicitum, quod pro statutis notandum est. Et aduerte quia tametsi ab initio forte appellari posset pollicitatio illa, de qua in d. §. sciendum tamẽ secuta venditione transit in pactum, & ideo scrib. Barto. in l. si vnus. §. pactus, num. 16. ff. de pact. esse efficacem ex coherentia contractus, & Alciat. hic, col. iij. numero nono.

CAP. II.

PRomitto in instrumento significat stipulationem. numero. 1, & 17.

Solennitas intrinseca præsumitur. nu. 2.

Ratio differentiæ quare non sit idem in uerb. conuentio, quod in uerbo promißio. nu. 3. 4.

Varie

Variæ adducuntur rationes.nu.5.usque ad nu. 9.
Potior significatio non accipitur in obligationibus contrahendis numero.10.
Ratio differentiæ inter promißionem & conuentionem nulla adduci potest.nu.12.
Promitto uerbum solenni stipulationi aptum.nu.13.
Consuetudo dat uerbis interpretationem.nu.14.
Antecedens processisse ex consequenti dignoscitur. nu.15.
Conuenit non est uerbum solenne.nu.16.
Spõdeo uerbum in scriptis redactum, stipulationem protendit.numero.18.
Spondeo uerbum est solenne stipulationi aptum. nu. 20.
Cautio stipulationem præ se fert.nu.21.
Inuestitus præsupponit præsentiam.nu.22.

1 QVÆRITVR præterea, non inutiliter.si in istro scriptum fuerit aliquẽ promisisse, an perĩde haberi debeat, ac si interrogatio præcessisset, & sub sequuta respõsio fuisset, breuiter cõcludit ꝑ stipulatione id accipi oportere, quam sñiam probat tex. qui cauillari non põt, in.§.si scriptum, Insti·de inutil.stipu.vbi hoc est expressum, firmat Bar. in l.lecta, col.iij.ante med. nu.2. ff.si cer.pet.& ibi Bal.& Ang.& Sal.Idem ꝑbat Alci. in l.i.col.viij.ante med.nu.xxxiij.infra eo. & Alex: in.ij.no.nu.2.in d.l.lecta, & Ias.ibid. Bal.in consilio lxxxij.lib.iij.Pau.Cast.in consi.lxxxi.Alex.in cõsil. xliij.lib.i.& in consi.xlvi.lib.ij.Idem Alex.col.ij.nume.x.in consi.x.lib.ij.Ias.hoc loco, col.ij.nu.1.Idẽ Ias. in l.lecta, col.v.Alex.in consi.xx.lib.iiij.& in consil. xvi.lib.ij.& in consi.lxx.eo.lib.Alex.lib.xij. lib.i.Deci.in d.l.lecta, in.iiij.no.ff.si cer.pe.& ibi Cagn.nu.87 Bal.

Bal.nouel.hoc loco.Sanseuerin. De pact. q.iiij.Deci. in consi.cvij.Soc.in consi.cclxvij.lib.ij.Galliau. hoc loco.nu.41.& Rip.col.v.in fi.nu.18. Alcia. nu.5.Coras.in l.qui liberos nu.170.col.xxij.ante fi.ff.de ri.nuptia.Marc.Ant.Nat.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.q.xxiij.nu.118.Torniel.hic num. 57. Mandel.nu.40.Leo.nu.50,& 59.Caro.Mol.nu.30.

2 Si enim in instrō scriptum apparuerit hoc verbū omnia præsumuntur solenniter acta, vt scribit Bal: in consi.ccccxxxv.lib.iij.And. Sic: in consi.xxxvij. lib.i.Zabarel.in consi.cxxxiij.col.i.cōfert regula, de qua in l.sciendum,infra eod & ibi Doct.

3 Hæc conclusio communiter recepta q verb.promitto in instrumento scriptum,ostēdat p stipulationem promissum fuisse, non recipit dubitationem, cum id lege caueatur expresse,in d.§.si scriptum,Institu.de inutilib.stipulatio. & sic casus indubitabilis est.l.ancillæ,vbi glo.& Sal.C.de furt.l.ille, aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega. iij.

Sed quia contrarium,de verbo, conuenit tradūt Docto.per textum in l.lecta, in versic. conuenitque inter nos.ff.si certum peta.& ibi Bar.Ange. Fulgosi. Aret.Socy.Ias.& Docto.communiter probant.Pau. Castren.& alij in l.sciendum,infra eodem Fely.in c. i.de pactis Moder.hoc loco,Cagn.in d.l.lecta numero 87.Dec.colum.ij.in.iiij.no.numero 9. Rip. hoc loco colum.v.nume.16.Gallia.nume.40.& alij Mode. quærenda est ratio diuersitatis super qua Docto. mirum in modum laborant,Barto.in d.l.lecta,eam adducit scilicet,quia verb.conuentio numer. 12. longe generalius est,quàm promissio,vt supra visum est. Ideo verbum promitto restringitur ad stipulationē secus est in conuentione, quæ pro nuda accipitur Paul.Cast.& Fulg. improbant, quia vtrūq verbum est gnale,vt per Alex.in d.l.lecta,col.ij.in prin.nu.2

Alia

5 Alia ratione Fulgo. tuetur Bart. quia inquit verbum conuenit refertur ad conſenſum duorum vnico contextu vtrinq; pręſtitum, quod eſt contra naturam ſtipulationis, in qua præcedere debet interrogatio, & ſubſequi reſponſio. l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pactis. l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio, infra eodem, promiſsio autem actum vnius tantũ pręſe fert, qui ſubſequutus creditur fuiſſe alterius interrogationem, & ſic ordo quidam conſenſuum digno ſcitur, ex verbo promittere, qui ordo ſtipulationi concipiendæ neceſſarius eſt, vt dixi, Ideo vt actus potius valeat, quàm pereat fiet ĩterpretatio in fauorem ſtipulantis, l. quoties in fi. infra eodem.

6 Quod reprobat Alex. in d. l. lecta, quia ratio adducta per Fulgo. nihil concludit eam tamen amplecti videntur, Roma. Are. Dec. Purpu. & Alcia. vt refert Cagnol. in d. l. lecta, numero. 89. Reuera tamen ratio illa quomodocũq; declarata nihil concludit, Immo in dubio debet fieri interpretatio contra actorem, l. veteribus. ff. de pactis, nec debet fieri interpretatio vt valeat actus omni meliori modo quo poteſt, ſed ſufficit quòd aliquo modo poſsit ſuſtineri, tunc ad minimum redigitur, l. in contrahenda. ff. de regulis iuris, ſufficit igitur quòd promiſsio tanquam nuda conuentio ſuſtineatur, d. l. veterib. ff. de pact.

7 Areti. in §. ſi ſcriptum, Inſtitu. de inutilib. ſtipula. & Dec. in d. l. lecta, colum. iij. circa med. nu. 9. fatentur non poſſe rationem differentiæ concludentem adduci poſſe, aitq; Dec. niſi de verbo promitto, legẽ expreſſam haberemus. Idem eſſe ſtatuendum, quod de conuentione dictum eſt, ſubeſt tñ ſecundum eum neſcio quæ ratio, motiua, propter quam motus imperator, id in promiſsione ſtatuit, quod ad conuentionem non eſt trahẽdũ quia inquit magis cõgruit ſtipulationi promiſsio, quã conuentio, quia dũmodo.

Interro-

Interrogatio præcedat, subsequens promissio stipulationem perficit, quam vim non habet conuentio sequens, quę tacite fieri potest, d.l.i.§.conuentionis.
8 ff.de pact. Cagno. in d.l.lecta, nu.90. ait nullam rationem adduci posse. Sed sufficit ita lege esse cautum. l. nõ omnium. ff. de legib. quod procul dubio verum est quo ad hoc, vt decisio illa, quatenus verba patiũtur, seruetur, & sic de verbo promitto non ambigit, dubitatur tamen de verbo cõuenio, an ad illud trahi debeat decisio de qua in d.§. si scriptum, & hoc est de quo quęrere opз, nam si in vtroque verbo eadẽ militet ratio, forte trahi debet decisio illa ad vtrunque casum. l. illud. ff. ad legem illam. Leo. hoc loco nu.60.
9 aliam adducit rõnem quia inquit verbum promissio pluribus quidem modis verificari potest, vcз, pmissionem factam pacto nudo, aut pollicitatõe, aut stipulando, potior autem significatio ea est, vt ad pmissionẽ stipulãti factam referatur. Ideo accipiẽdo verbum hoc in potiori significatu l.i.§. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphit. fiet. ad stipulationem erit referendum, at vero cõuentionis verbum, etiam in potiori significatione ..ceptum, nõ põt ad spondentem referri, quia etiam acquirenti cõgruit, item & re cõtrahenti, ac consensu nec nobilior credenda est stipulatio, q̃ emptio, vẽditio, & alij plerique iurisgen. contractus, opinor ita sentit Leo. tamet si non sic explicat, qui tamen ordine perspicuo cuncta persequitur.
10 Aduerte vt sæpe dixi, istud argm̃ q̃ verba in potiori significatione accipi debeant nõ habet locum, qñ de obligatione cõtrahenda tractatur, sed hз locũ regula de qua in l. veteribus. ff. de pact. & l. in cõtrahenda. ff. de reg. iur. Eadem rõne reprobari potest,
11 id quod hoc loco adducit Molin. nu.30. qui simpliciter dicit promissionem magis congruere stipl'oni, q̃

con-

cõuentionem, quod argm̃ in cõtrahenda obligatione nõ admittitur, vt supr. cui optime quadrat id qđ scribit Bar. in l. ij. col. ij. ver. extra glo. ff. de rer. perm. vbi ait semper capiendam esse coniecturam, vt debilior contractus initus fuisse existimentur, sequuntur ibi Raph. Cuma. & Ias. propè fi. Imol. & Rom. in l. aristo. ff. de donat. Ias. in l. ij. col. vlt. ver. quid aũt esset. ff. si cer. pet. & ibi Rip. col. pen. nu. 36. Aliam rõnẽ adducit Torniel. nu. 57. aliam Mãdell. nu. 44. & quot sunt capita, tot sunt snĩæ, super quibus insistere non
12 expedit. In re tam ambigua fateor ego adduci non posse rõnẽ cõcludentem, sed nec de ea admoduꝫ anxij esse debemus nam vt inquit Abb. in c. si quando de rescrip. in his quæ pertinẽt ad iustitiam positiuã. hoc est ad merum ius ciuile, quæq; pendent à mero principis placito, ratio reddi nõ potest, vt sentit gl. in l. i. §. pueritiam, in ver. ratus. ff. de postulã. probat in l. quia poterat. ff. ad Treb. tradit Fely. in d. c. ũ qñ, nu 11. & Bar. probat, in l. relegat. ff. de pæn. vbi scrib: in his voluntatem pro ratione haberi, & Bald. in. l. gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth. vbi dicit, qñ habemus legem, vel statutũ, aliquid disponens, nihil amplius quærere debemus, & cõprobat Deci. in d. c. si qñ, in fi. de rescrip. si tamen cõiecturis agere licet, pu
13 to aduertẽdum ꝙ verba hmõi promitto, spondeo, olim sõlẽnia fuerunt, & tradita pro solẽnitate, stipulationis cõcipiendę. §. i. Insti. de verb. obl. Ideo credẽdum est veteres ab hmõi verbis solẽnibus abstinuisse in cõcipienda pactione nuda, sed eis tãtummodo vsos fuisse, in stiplõnib. cõtrahẽdis, & formãdis, ob
14 hãc cõsuetudinem. si forte in instrõ primum nõ apparebat, vcꝫ interrogatio tñ de promissione ꝑ solẽne verbum facta cõstabat, credi captum est, præcessisse interrogationem, nec frustra vsum fuisset reum verbo, sed ẽm cõsuetudinem in instrõ scripta fuisse
verba

verba,arg.l.ꝙ si nolit.§.quia asidua.ff.de ędil.edict. l.qui erat.ff.fam.herc.l.si pignore.§.vlti.ff.de pigno. actio.l.si prius.§.placuit.ff.de aqua plu.arcen.l.si fundus.ff.de euiction.l.semper in stipulationibus.§.i.ff. de reg.iur.l.in obscuris,eo.tit.vbi in obscuris inspicitur quod plerunq; fieri solet.

15 Adhæc cõfert regula,ꝙ qui vult cõsequens, vult etiam antecedens.l.illud.ff.de acqui.hęredita.& ex cõsequenti ostenditur antecedens præcesisse.l.sciẽdum,infra eo.quia tamen super hoc oriri poterant controuersię,Ideo ad tollendas ambiguitates. Cõstitutum est, vt si in instrumẽto scriptum fuerit promisisse aliquem perinde habeatur,ac si interrogatione prędecẽte responsum sit, d.§. si scriptum, Hæc rõ potuit mouere principem ad ita statuendum, duobus cõcurrentibus:s.ꝙ in instrumento sit scriptum quod magis accurate confici solet, ꝙ̃ vulgo loquamur,secũdo ꝙ verbum hmõi sit solenne, ex his quę olim tradita fueruntpro concipienda formula stipu-

16 lationis,fateor tamẽ non esse concludentem rõnem sed suasoriam,ad ita statuẽdũ super verbo promittẽdi,dico præterea hanc sufficere ad demonstrãdũ huiusmodi statutum ad verb.cõuenerit, nõ esse trahẽdum,quia verb.cõuenit,nõ est solẽne, nec formulæ stipulationis aptum,Ideo quod in solẽni verbo fuit statutum,ad nõ solẽne producẽdum esse nulla ratio suadet,& hæc est manifesta ratio,quare verb. cõuenit in instrõ scriptum,stipulationem nõ inducat,q̃a s.hoc non fuit cõstitutum, nec in eo militat rõ solẽnitatis,quæ in verb.promittẽdi,subisse dignoscit. Ideo nõ trahetur ad cõsequẽtias cõstitutio exorbitans.l.ius singulare.l.quod vero.ff.de legib. quã rõnem extẽsionis nõ faciẽdę puto nõ esse cõtẽnẽdam. licet quo ad inducẽdũ principẽ ad statuendũ super verbo ꝓmittẽdi sit suasoria tm̃ vt dixi, cogitabitis.

Stat

17 Stat itaq; cõclusio, communis, & ratione firmata ꝙ si in instrõ scriptum sit aliquem promisisse, perinde habeatur ac si interrogatione pręcedēte sit respõsum, vt supra, quę ampliãda est, & limitãda plurib. modis, vt ex his quæ sequẽtibus capitibus tradẽtur apparebit.

18 Ampliatur cõclusio communiter recepta vt ꝑcedat nõ solum quãdo scriptum est aliquem ꝓmisisse, sed etiam si scriptum sit spopõdisse. ita probat text. in l. i. C. de cõtrah. & commit. stipu. ibi vocem spondentis subsequutam, licet. n. nõ narretur eũ spopondisse, tñ in decisione id præsupponitur, & sic verbo spõdeo idem habet priuilegium quod promitto, facit tex. in l. sciẽdum. §. dictum. ff. de ædil. edict. sic potest intelligi text. in l. i. C. de suffragio. tãgit Roma. in d. l. lecta, & ibi Alex. col. ij. circa med. nu. 3. & Cagn. remissiue. nu. 92. in fi. hãc probat Ias. in d. l. lecta. col. iiij. in prin. nu. 6. Leo. hoc loco nu. 60.

19 In quo animaduertẽdus est error Caro. Moli. hoc loco nu. 34. qui diuinãre eos cõtẽdit, qui text. in d. l. i. de promissione loqui putãt, certe uocari diuinatio nõ potest, interpretatio, & sensus, qui ex verbis, & ex respõsione legislatoris percipitur, nullo. n. modo negari põt quin ille spopõderit, de quo ibi agit, ꝑ quod verbum, cõcludit imperator huic voci spõdẽtis præcessisse interrogationem, & sic factam esse stipulationem, & sic idẽ in spõdẽte seruatur, quod de promittẽte pũxit tex. in §. si scriptum, Insti. de inuti

20 lib. stipul. & quidem recte, quia & hoc verb. solẽne est, formulisq; stipulationum addi solitum. §. in hac re. Insti. de inutilib. stipula. ideo cum nulla ratio diuersitatis adduci possit, idem ius in spõdẽte statui oportuit, quod in promittẽte. l. iij. §. nam diuus. ff. de iniust. rup. l. i. C. de liber. præter. l. à titio, infra eo. l. illud, ff. ad leg. aquil. l. vlti. C. de const. pecu.

Caue

Caue tamē quia glo. in l. i. C. de suffra. cautionis appellatione côuētionem nudam significari cōcēdit, & sequi vñr, Rom. & Alex. in d. l. lecta, nu. 3. & Ang. in l. cum ad præsens. ff. si cer. pet.

21 Idem est in verb. cautio, quod verbum scriptum in instrō denotat stipl'onem, iuxta tex. in l. lancim⁹. C. de verb. sig. vbi glo. no. & probat tex. in l. si ita q̄s §. seia cauit, infra eo. l. titia. §. pen. eo. ti. Ias. in d. l. lecta limit. vi. ff. si cer. pet. Garz. in l. i. col. x. circa med, nu. 33. ff. de pact. Cagn. in d. l. lecta. nu. 97. in fi. Leo: hoc loco nu. 60. & 64. Molin. nu. 37. & ante hos Ias. in d. l. lecta, col. iiij. post prin. nu. 6.

22 De verbo inuestio quædam hic inculcat Carol. Molin. nu. 39. quę putat à nemine fuisse aīaduersa. Hoc verbo inquit significatur, cū qui fuit īuestitus fuisse præsentem, & acceptātem, allegat Oldr. in cōsi. ccxvi. idem tñ aīaduertit Mādel. hoc loco nu. 42. post Pau. Cast. & Aret. ī. l. titia. §. pe. infra eo. titu. quibus nō insisto, quia parum pertinet ad rem nostrā, cæteras ampliationes in caput subsequēs reijcio.

CAP. III.

Promitto etiam in scriptura priuata stipulationem importat. numero. 1.

Inter præsentes. nume. 2.

Etiam in usurarum promißione. nu. 3.

Instrumenta appellatione etiam priuata scriptura continetur. numero. 3.

Fallit secundum communem usum loquendo. nu. 4.

Quod inducitur ad statuta. nu. 5.

Communis usus loquendi præualet propriæ significationi. nume. 6. uide nume. 13.

Testimoniū

Teſtimonium de promiſsione non intelligitur de ſtipulatione.numero.7.
Caſus legis ubi eſt,ibi non eſt dubium.nu.8.
Promiſsio ineſt in omni ſcriptura.nu.9.
Obligatio litterarum fit ſine ſtipulatione.nu. 11.
§.ſi ſcriptum,Inſti.de inutil.ſtip. loquitur de ſcripto qđ legi poteſt.nume.12.
Scriptum quid dicatur.nu.12.

1 AMPLIATVR non ſolùm in publico inſtrumento procedere,ſed etiam in ſcriptura priuata habebit locũ. Hoc vr̃ probare tex.in l.i.C.de cõtrah.ſtipul.qui tex.loquitur de epiſtola īter præſentes cõcepta, in qua ſcriptura non erat ſtipulatum eſſe eum,cui cauebatur, tamen inquit ſi res inter præſentes geſta eſt, credẽdum eſt præcedentem ſtipulationem, ſpondentis vocẽ ſubſequutam eſſe.

2 Ad idem eſt tex.in l.Titia.§.pen.infra eod. Vbi ſeptitius litteris ſuis cauit,ſe pecuniam, & vſuras præſtaturum ſi inter prę̃ſentes actũ eſt intelligẽdum eſt etiam,ex parte lucij titij ſtipl̃onis verba prę̨ceſsiſſe Bar.Bal.Ang.& Sal.in d.l.lecta.ff.ſi cer.pet. probant hãc ſnĩam.& ibi Alex. col.iij.Idem Alex. in l.i.col.i. in fi.ff.de pact.& in l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla, col.ij.nu.8.&.§.quod ferre,nu.1.ff.de pact. Idẽ in conſi.clxxiij.nu.8.lib.vij.& in conſi.xvi.libr.ij.vbi etiã de verb.inuicem cõtentati ſunt ad interrogationez alter alterius:& de teſtibus,Alex. in d.l.i. col.i.in fi. nume.6.ff.de pactis.

3 Et ideo ſi ſcriptum reperitur,quem promiſiſſe vſuras,intelligitur per ſtipl̃onem,Saly. & Caſtren.in l.i.C.de vſu.Roma.in l.ſciẽdum,infra eo. Alex.i d.l.

lecta,& ibi Dec.in.iiij.not.num.9. Alex.in consil.x. col.ij.in fi.lib.ij.Soc.in consi.cclxvij.lib.ij.Alcia. in l. i.in princ.num.34.infra eodem.Cagnol.in.d.l. lecta. nume.92.Galliau.hic,nume.41.Leo.num. 64. & 66. Molin.nume.36.Glos.& docto.in d.l.i.C. de dot.pro mis.Fel.in c.i.col.ij.nu.2.de pact.

Ratio adducitur,quia tex.in d §.si ita scriptum, Instit.de inutilib.stipula.simpliciter loquitur de scripto in instrumento. Instrumenti autem appellatione continetur etiam priuata scriptura.l.i.in fin.ff.de fide instru.Bar.in l.i.C.de iuramen.calum. Felyn.in rub.de fide instru.circa fin.& ibi Dec.

4 Contrarium tenent Angel.& Ias. in d.l. lecta, col. iiij.ante med.idem Ias.hoc loco columna.ij. nume.3. Pro quorum opinione facit, quia s[ecundu]m communem vsum loquendi,Instrumenti appellatione non continetur priuata scriptura,licet.n.instrumenti appellatione contineatur scriptura priuata,de proprietate vocabuli:tamen secus est attente cõi vsu loquendi.Bar.& Bal.in l.i.C.de iur.calum.Roma. in consil. xxiij.Fel.in rub.de fide instru.vers.tertia conclusio, nu.6.& ibi Dec.num.4.Et propterea in statutis municipalibus attento communi vsu loquendi appl[ati]one instr[ument]orum non continebitur priuata scriptura.

5 Quamobrem cum lege municipali caueret,eum qui falsum instrumentum fecerit certa pœna plecti debere. R[esponsu]m est,eum qui scripturã priuatã falsificauerit statuto nõ teneri:Ita Bar.Bald.& Sal.in d.l.i. C.de iura.calum.Fel.in d.rub.de fide instr.nu.6. Deci.ibidem,nu.4.Quod etiam locum habere contendunt Docto.in statuto iubente vectigal, seu gabellã pro quolibet instrumento nouo pendi.

6 His sic præsuppositis,& admisso h[uius]mõi cõi loquẽdi vsu,v[idetu]r defendi posse Rom.& Ias.sententia. Nam cõis vsu loquendi habet locũ,& propriè verborum significa

significationi præfertur, et in interpretatione legis, & in quacunque dispositione quantumuis odiosa, & restringibili Abb. in c. nam & rex, de verb. sig. Fely. in glo. proœm. decret. nu. 12. Bal. in l. ij. col. ij. C. de rer. pmu. Alex. in rub. ff. de noui oper. nun. & ibi doct. Quo communi loquendi vsu receptum vr̃ decisionem de qua in d. §. si ita scriptum, in priuato instrumento locum sibi non vendicare:
7 Accedat, qp in testibus non admittitur à Doc. hęc conclusio, si etenim testibus probetur aliquem promisisse, intelligemus nudo pacto fuisse promissum, quo exemplo idem dicendum est de eo, qui in priuato chirographo se aliquid promisisse scripserit, cum æquiparetur probatio facta per testes, & per scripturam. l. in exercendis. C. de fide instru. & in dubio sit terpretatio contra subobscurè probantem. l. nõ hoc, C. vnde legit. c. in præsentia, de probat. Oldra. cons. c. Alex. in l. rescriptum, in. ij. notab. ff. de pact. Mouet hanc difficultatem Gallia. hoc loco, nume: 42. & renouat Leon. nume. 67.
8 Responsiones eorum non referam, sed dicam qđ sentio. Mihi non videtur digna relatione hm̃oi argumentatio: q̃ directò improbat constitutionẽ Imperatoriam: cui tamen standum est quantumuis dura sit. l. prospexit ff. qui & à quibus. Vbi enim est casus legis, ibi nulla admittiturdubitatio. l. ancille, vbi glo. & Saly. C. de fur. l. ille aut ille §. cum in verbis. ff. de leg. iij. Ideo standum est decisioni, de qua in d. §. si ita scriptum, quæ clara est, si quæsiueris quare ad testes non sit producenda; Quæ non est inutilis neque insulsa quęstio, dicam postea, quòd si cõtendas, tex. in d. §. si scriptum, ad publicam scripturã esse restringendum. adducenda est ratio diuersitatis inter publicum, & priuatum instrumentum: quæ eodẽ verbo æquè propriè significantur.

9 Alia rõne Fortu. Garz. in l. i. ff. de pact. improbat ampliationem istam. Inquit. n. si admittimus, in priuato instrumẽto idem obseruari, quod in publico: obl'onis literarum materia euanescet. Nam in omni scriptura semp inest promissio, vel expressa, vel tacita: igitur omnis scriptura continebit stipl'onem, & per cõsequens nunq̃ habebit locum litterarũ obligatio. Quod argm̃ magnifacit Leon. nu. 70.

10 Mihi vr̃ fundamentum hoc paruifaciẽdum esse. In primis dico fieri posse, vt scriptura priuata, ac ẽt publica cõtineat nudam cõuentionem expressam, & hoc admittunt omnes, cum de verb. Cõuenit, & Pactus est, loquũtur & sic van⁹ est timor, ne pereat litterarum obligationis substantia.

Habebit. n. locum in casibus, in quibus verba, pactũ nudum redolẽtia, scripta fuerint. Nec mihi persuaderi potest id, quod existimauit Leo. num. 76. in hac scriptura promissionem accipi pro pactione nuda propter materiam subiectã literaꝝ obl'onis: quæ cũ stipl'one nihil hʒ cõe. Inst. de literarum obl'o. ĩ princ.

11 Dico ego, in scriptura, in qua legitur promisisse aliquem nõ tractari de literarum obl'one, sed promissorem obligari ex stipulatione. cui deinde obstabit exceptio nõ nume. pec. l. iiĵ. & l. vlt. C. de nõ nu. pec. Sed tunc de litterarum obligatione tractabitur cuʒ verba scripturę, de cõuentione, vel de pacto, aut simili nudo sermone loquũtur, quod fieri posse nemo dubitat. §. i. insti. de oblig. lite.

12 Secũdo tex. in. d. §. si scriptum, loquitur expresse de promissione scripta: quod intelligẽdum est de ea, q̃ oculis corporeis legi potest, nõ autem ĩntellectu percipi, & subaudiri. l. i. §. i. ff. de his quæ in test. delẽt. ex hoc euenit, vt vanus sit timor iste, qui ex promissione tacita, seu subintellecta excitatur, & subobscurè sensit Leo. numero. 73.

Quamob-

13 Quamobrem hisce futilibus argumẽtis nõ obstantib. verior vr̃ recepta sententia. Superest tamen vt ea, q̃ de cõi loquendi vsu fuerũt obiecta, tollant̃. Ad hoc r̃ndetur non cõstare de cõi loquendi vsu. Et dato, ꝙ aliquo modo posit cõstare, tñ non sufficit ꝓbare, nos hodie vulgò in hãc significatiõem huiusmodi vti vocabulo. sed probari opʒ hunc cõem vsum eo vsq; tempore viguisse quo leges nostræ cõditæ fuerunt, per ea quę trad. Feli. in proœm. decret. col. iiij. Et hoc animaduertit Cagnol. in. d. l. lecta. nu. 92. sequenti capite quædam aliæ ampliationes discutientur.

CAP. IIII.

PRomitto in scriptura importat stipulationem, nec potest probari contrarium nu 1. contra tenent doct. n. 2
Prima placet quia hæc est fictio, non præsumptio. nu. 3.
Fictio denotatur per uerb. perinde & credendum, nu. 3.
Fictio ueritati contraria est. nu. 4.
Præsumptio præsupponit ueritatem. nu. 4.
Intelligitur fictionem denotat. nu. 5.
Promitto scriptum ad idiota, stipulationem notat. n. 6. 7.
Imperitus creditur uelle facere actum ualidum. nu. 8.

1 AMPLIA, vt procedat etiam si velit aduersarius probare contrarium, quia non admittitur ad probãdum, ex quo hæc non est pręsumptio, sed fictio, quæ nõ admittit probationem in cõtrarium, gl. in c. ferrum. l. dist. glo. in l. vnica. §. accedit, in verb. præsumeret. C. de rei vxo. act. Alex. in l. i. col. pen. C. qui admitti. Fely. in c. quãto, de præsum. Paris. cõs. xxij. lib. ij. Cagno.

in l.singularia,nume.51.ff.si cer.pet.

2 Contrarium tenet Bar.in l.sciendum, infra eodẽ colum.pen.Brun.de forma,in arti.de probat.& præsumpt.form.col. Cagnol.in l.lecta, numero 92. versi.quinto limita.& omnes: qui præsumptionem, hanc esse arbitrantur.

Ratio,secundum eos,est,qui probatio in contrarium acta præualet præsumptioni:& est fortior,ideo superat.Quod mihi non placet:quia hi doctor. præsupponunt,istud ex præsumptione inductum fuisse: quod minimè probant.

3 Ego existimo eam fictionem esse legis.& hoc mihi probat tex.in d.§.si scriptum: vbi non ait præsumi stiplonem interuenisse,sed perinde haberi, ac si interuenisset:quæ verba fictionem denotant.

De dictione perinde est tex.in l.qui à patre.&ibi Bar.ff.de confirm.tuto.glo.& Barto. in l.sacrilegij §. i.ff.ad legem Iuliam pecu.Bar.in l.i.in princ.ff.de recept.Barto.in l.si quis pro emptore col,v. & ibi Ias. ff.de vsucapi.Et de fictione loquitur tex. in l.i.C.de contrah.stipu.in verb. credendum. Quod verbum fictionem denotat.l.retro.ff.de captiui. & postlimi: reuers.l.conficiuntur.in princip. vbi gl.in verb.creditur.ff.de iure codic.Barto.in l.si is qui pro emptore,colum.v.ff.de vsucapio.Ruyn.in consi.cxi.col.i. numero 4 libro.iiij.

4 Quod nota: quia alij præsumptionem hanc esse arbitrantur.ego fictionem puto, Inter quæ magna est differentia.Nam fictio est contraria veritati,Barto.in diffinitione eius, in d.l.si quis pro emptore.ff. de vsuc.Ideo fictio non admittit probationem in cõtrarium,Glo.& docto.in l.si duo in verb.videtur.ff: de acquiren.hęredi.glo,in l.conficiuntur, in princi. ff.de iure codicil.in verb.creditur, glo.in l.vlt.C.qđ met.cau.& in l.siue possidetis.C.de prob.

Pręsum-

Præsumptio autem non aduersatur veritati, Immo illi, quantũ potest, innititur, & vbicunque manifesta tur veritas illi cedit. d. l. vltim. C. quod me. cau. not. in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt.

5 Adde, quod tex. in l. titia. §. pen. infra eo. loquitur per verb. Intelligitur: quod verb. ipsum quoque fictionẽ præsefert Bar. in d. l. si quis, pro emptore, col. 8. vers. sed illa opinio. ff. de vsuc. l. i. in prin. in verb. intelligatur. C. de rei vxo. act. qui tex. loquitur de stipulatione quæ fingitur, vt ibi per gl. in verb. subsequuta. Et sic puto non sufficere quod probet, interrogationem non præcessisse. Nã nihilominus fingit stipulo, prout & in l. unica. C. de rei vxo. act. super quo cogitandum relinquo: quia cæteri oẽs putant hanc esse iuris præsumptionem. De fictione nemo vnquam cogitauit:

6 Ampliatur si á perito, siue ab idiota, & imperito fuerit scriptum, trad. Aret. in d. §. si scriptum, Insti. de inutil. stip. Socy. cõs. cclxvij. vt refert & sequitur Cagno. in d. l. lecta, nu. 92. ver. quarto limita. vbi cõem esse attestatur, & ibi Leo. nu. 65. Ias. versi. quinto, col. iiij. residet in hac opinione tanquam cõi, & Leo. nu. 65. Quicquid dicat Pau. Cast. in l. i. C. de vsur. & Iac. bu trig. & Ang. in l. i. C. de contrah. stipul.

7 Nihil. n. impedit quin etiam imperitus habeat animum faciendi actum validum & efficacem. Et lex, quæ simpliciter loquitur omnes comprehendit siue sint imperiti, & agrestes siue iuris studiosi, prout etiam stipulatio de qua in d. l. vnica. C. de rei vxo. act. semper habet locum, sm oẽs doct. Quod sine dubio procedit si admittimus hanc esse fictionẽ, vt antea defendi. Ampliatur præterea hęc conclusio vt procedat in promissione dotis Incertę, quæ ampliatio longum exigit tractatum, quia videtur contra tex. in l. i. C. de dot. promiss. itaque in caput subsequens tractandum reseruo.

CAP. V.

Promissio scripta in instrumento importat stipulationem, numero.1.
Etiam quando dos incerta promissa est. nu.1.
Contra tenent communiter Doct. nu.2. prima est uerior, numero.7.
L.i.C.de dot.promissio. nu.3.
Dos semper habet stipulationem. nu.4.
Specialia duo non debent concurrere. nu.5. & 6.
Fallit quando ex diuersa origine proficiscuntur. nu.7.

Tertia est differentia, quia præsupposito ꝙ possit priuato fieri pollicitatio, præsenti tamen facta nunquam valet: pactū valet, quia præsens præsumit in his, quæ sibi vtilia sunt, consentire si taceat.

Et per consequens promissio facta præsenti, & tacenti dicitur pactum, non pollicitatio, ẜm quosdaȝ. Nisi agatur de causa onerosa. Item nisi testatus fuerit se neq; consentire, neq; contradicere ẜm Iaso. hic, colum. iij. circa med. nu. 7. & sequuntur ferè omnes. De quo tñ dubitat Rip. hic, col. vij. circa med. numero. 25. & in rub. C. de pact. col. ij. post med. nu. 7.

Quarta est differentia ꝙ absenti facta promissio per nūtium, vel per epistolam non est pollicitatio: tunc tñ cōtrahitur pactum. l.i. §. pe. ff. de pact. l. cōsensu. ff. de actio. & oblig.

Quinta est dr̄ia ꝙ pollicitatio nō parit naturaleȝ obligationem, pactum parit eam. De quibus omnibus videndum est.

Super prima differentia non est insistēdum: quia omnes admittunt in pacto duorum consensum desiderari, in pollicitatione promissoris tantùm volūtatem interuenire dēre. l.i. ff. de pact. l. pactū. ff. de poll.

4 Exemplum pollicitationis proponitur in promissione facta Reipub. aliquid dandi, vel faciēdi, quod exemplum omnes probant: & de eo loquitur totus titulus. ff. de pollic.

Aliud exemplum adducit Barto. in l. illud, propè finem. C. de sacro sanc. eccles. vbi loquitur de donatione facta pauperib. nemine præsente, & dicit hāc

pollicitationem esse, probat Sanseueri. de pact. q. vi. Bartoli. hic, col. xviij. Nig. col. xvij. post med. nu. 73. qui alios allegat. Et hæc est efficax pollicitatio, quæ fit Reipub. vel vniuersitati, vel collegio, vel ecclesiæ vel pauperibus alicuius loci ex causa, secundum sententiã Bar. in l. charidemus. ff. de pollicit. glo. i. in c. scimus, xij. q. i. Bal. in rub. C. de dot. promiss. Ias. hoc loco, col. iij. in fi. nu. 7. & alij omnes admittunt.

Quæ cõclusio apud me nõ caret scrupulo: quia lege non cauetur, quod vlli fiat valida pollicitatio: nec ĩ collegijs, & corporibus huiusmodi militat eadem ratio, quæ in patria subest, cui iure naturæ sumus obstricti l. ij. ff. de orig. iur. si tñ trãseat in votum, sustinebitur iuxta tradita per Bar. in d. l. illud. C. de sac. sanc. eccles. l. ij. ff. de polli. Item valebit facta ecclesiæ, quæ reipub. comparatur. l. vlti. C. de sac. sanc. ecc.

5 Super secundo articulo non leuis vertitur cõtrouersia, quidam, vt inquit Ias. hoc loco col. iij. prope fi. crediderunt non posse priuato seu singularib. personis pollicitationem fieri: sed reip. & vniuersitati, vt supra dictum est. Hoc tenuit Garz. in c. i. col. 20. de pact. Nig. col. xvij. circa med. nu. 72. sentit Gallia col. xij. in fi. & col. seq. in prin. nu. 48. cum ex authoritate Bal. in l. vlt. C. ad velleia. & in l. i. C. de do. promiss. ait, pollicitationem pro pacto accipi, quãdo de ea fit mentio inter priuatos.

6 Mouentur quia totus titulus de pollicitationib. omnia pollicitationis exempla proponit tm̃ in promissione facta Reipub. quæ exempla licet nõ restrĩgunt declarant tñ in quibus terminis procedat conclusio, glo. in c. quod Dei timorem, de sta. mona. Bal. in cõsi. ccclvij. col. pe. lib. i. l. damni infecti. ff. de dã. inf.

Secũdo fatent. Doct. quod pollicitatio inutilis est in oĩ casu præterquã cum facta est Reipub. vel vniuersitati, vt paulo infra ostendam. Igitur frustra occu-

pat membranas.c.si Romanorum, xix.distinct.

7 Tertio nõ est eadem ratio in priuato, quæ militat in Repub. ergo nec idem ius, quod manifestatur ex eo, quia priuati facile consentiunt.l.i.§.conuẽtionis, ff.de pact.l.consensu.ff.de actio.& oblig. Repub. nõ potest consentire.l.i.§.vlti.ff.de acqui.poss.& sic pollicitatio omnimodo in Repub. habet locum in priuato vix est, vt solius offerentis promissio considerari possit.

Quartò non reperitur iure cautum, quod pollicitatio fiat priuato, igitur quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.l.illam.C.de collat.

8 Quintò contra cõem facit, ꝙ titulus de pollicitationibus cõiectus fuit inter tractatus de municipalibus de decurionibus, de operib. publicis, & de alijs hmõi, quæ tm̃ ad causam publicam pertinent l.ij.§. septimus.C.de vet.iure enucl.vt intelligamus, rõne subiectæ materiæ, eo loci pollicitationem ad causaȝ tm̃ publicã, & ad vtilitatem Reip. esse referẽdaȝ.

Sextò, causæ propter quas tm̃ permissa est pollicitatio, de quib. in l.i.§.i.ff.de poll.nõ cõgruunt priuato: igitur nec dispositio congruit, l.iiij.§.toties. ff.de dam.infec.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accus.

Caue tñ quia negari non põt quin conueniãt cãæ de quibus in l.propter.ff.de pollici. & sic conuenire potest dispositio.

Septimò defecisset Imperator, qui in tractatu pollicitationis casum priuatorum, magis frequentẽ, & 6 magis dubium omiserit: Ex his defendi posse vr̃ pollicitationem in priuato locũ hr̃e non posse, sed Reipub.tm̃ fieri, & per cõsequens frustra tractari an ꝓmissio facta præsenti, & tacenti sit pollicitatio.

Non obst.ꝙ Rep.saltem ficte cõsentire põt l.mortuo reo.ff.de fideiussor. Sic etiam Deus vbiꝗ est pñs, & consentire vr̃, l.properãdum.C.de iud. Rñd. Deũ

& Rempub. nõ consentire humano cõsensu: de quo nos loquimur. Quanquam.n. Deus assistit vniuersis, tñ non consentit singulis, nec in eo dr̃ esse consensus alicuius aut animi motus, alioqui nõ esset Deus, vt hoc loco animaduertit Rip. nu. 21. col. vi. circa med. & propterea promissio illi facta, quæ religionis fauore sustinetur, non pactum vocatur, nec stipulatio, sed votum appellatur. l. ij. ff. de pollicit.

10 Quod attinet ad Remb. Rñd. Rip. id, quod dicit, Rempub. repræsentari à cõcilio ſm gl. in rub. C. quę sit longa consue. Bar. in l. omnes populi, ij. q. princi. nu. 15. ff. de iust. & iu. procedere per fictionẽ. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur: tamen verè non consentit respub. Et propterea recte illi fit pollicitatio, quod in priuato secus videtur, qui & facile consentit, & consentire, præsumitur in sui fauorem, ſm Docto. Quæ responsio non videtur admittenda, quia præsupposito q consensus sit fictus ex parte Reipub. tamẽ erit pactum ex ficto consensu contractum, & pacti effectus habebit: quia fictio idem operat in casu ficto qđ veritas in casu vero. l. cum oratione, in prin: ff. de excusa. tut. c. cum dilectus, de cleric. non resid.

Melius est igitur vt dicamus pollicitationem fieri Reipub. non decemuiris. Ideo consensio decemuirorum non mutat pollicitationem, & casu quo aliquid suffragaretur consensus hmõi tamen non facile interuenire solet nec vnquam intelligitur præstitus, nisi fuerit expressus, vt trad. Aquen. in d. l. postquam lit. nu. 24. C. de pact. & solenniter per Barto. in l. omnes populi. ij. q. princ. nu. 19. ff. de iust. & iur.

11 Contrariam sñiam, quod immo priuato & singulari homini possit fieri pollicitatio tenent communiter Doct. Ias. hoc loco id probat. col. iij. in fin. nu. 7. & Ver. qui cõem dicit col. xiiij. post med. nu. 57. Rip. col. vi. post med. nu. 21. vbi cõem esse attestatur, & alij

alij doct.id præsupponunt, dum disputant an promissio facta præsenti,& tacenti sit pollicitatio,& in quibusdam casibus pollicitationem esse contendũt: veluti si absenti facta fuerit, vel pręsenti,& non ĩtelligenti, aut neque assentiri, neq; dissentire se dicẽti, qui casus fm Mod. non habent difficultatem.

12 Hanc opi.cõiter receptam túetur diffinitio pollicitationis de qua in d.l.pactum.ff.de pollic.quæ cõgruit priuatis hominibus ergo cui conuenit definitio conuenit etiam diffinitum, Bart.in l.i.ff.de testa.

13 Secundo multis in locis in iure nostro fit mentio de pollicitatione, vt in rubric.C.de dot. promiss. & alibi sæpe, vt hic per Ias.col.iij.in fi.

Ad hoc tamen respondetur pollicitationem ibi ꝑ pacto accipi.Iac.Nig.hic col.xvi.in fi.num.68.Alci. hic,nu.2.Bald.in l.i.C.de dot.promis. Hanc tamẽ opinionem, quæ communis est videtur, ꝓbare tex.in d.l.pactum. Qua opinione retenta.

14 Non obst.ꝙ priuato facta pollicitatio non sit valida.Nam respondetur, quoad substantiam vere esse pollicitationem, nec quicq̃ obest quod non pariat effectum validum: quia ea est natura pollicitationis vt non obliget, vt dicam infra.Sic etiam dictum qđ verbotenus pronuntiatum nudo sermone finitur, nullam parit obligationem tñ verè,& propriè est dictum.l.sciendum.ff.de ædil.edict.

Non obstat, quòd frustra occupat membranas.c. cum Romanorum.xix.distinctione.

Respondeo.saltem prodest cognitio pollicitationis vt discernatur pactum ab ea. Sic etiam de Dicto fit tractatus in d.§.dictum, quod tamen inutile est, præterq̃; vt promissionem à pacto discernamus, sic pollicitationis etiam inutilis cognitio proderit, vt discerni possit an promissio facta præsenti, & tacenti sit pactum an potius pollicitatio:

16 Non obst. ꝙ de pollicitatione priuata non fuit tractatum in d.tit.ff.de pollic. Rñd. de ea non fuisse tractatum, quia semper est inutilis, quo verò ad substātiam in gñe fuit tractatum in d.l.pactum, attēta generalitate definitionis. Et sic non defecit Imperator in tradenda pollicitationis doctrina: nec dr̃ omisisse casum magis frequentatum, aut magis dubium:

17 Non obst. ꝙ municipes nō consentiūt, qđ in priuato secus est. Dic, quod data paritate terminorū in vtroq; considerari pōt cōsensus adesse, & abesse: veluti si decemuiris ipsis præsentibus pollicitatio facta proponat̃. Ideo vtroq; casu pōt adesse, & abesse pollicitatio. Facilius tñ in Rep. consensus abest, quia Decuriones etiam pñtes non aliter consentire dñr, q̃; si sólenniter & seruatis seruādis per fabas albas & nigras fuerit præstitus cōsensus, vt per Bart. in l. oēs populi.q.iij.ff.de iust.& iure.

18 Concordādo opiniones dici potest, ꝙ attenta significatione vocabuli pollicitatio potest fieri ēt priuato, nō consentienti, veluti furioso, infanti. Item absenti, & ex causa onerosa, & ei qui dixerit se neq; recusare, neq; acceptare, ſm cōem. Soc in rub.C.de pactis, & ibi Dec. & Mod. Ferrar. & hoc loco Socy. Ias. Gallia. Alcia. Mādel. nu. 47. Leon. nu. Torn. nu. 60. de quo vltimo exemplo dubitat Ripa vtrobiq; hic, nu. 26. ibi nu. 7.

Sed ſ3 terminos in iure nostro receptos fit Reip. tm̃:

CAP. II.

PRomißio præsenti facto an sit pollicitatio, numero. 1. & seq. remißiue.

Absente consentire potest, & an tacendo dicatur consentire? quòd sic, in his, quæ sibi sunt utilia. nu. 5. 6.

Non

Non refert utrum quis sit præsens an absens, dummodo agatur de utilitate eius, nu. 5. & 6.

Tacens non semper consentire uidetur in his quæ sibi sũt utilia. nu. 6.

Tacens, neque consentit, neque dissentit, nu. 7.

Regulam habens pro se, rem certam habere dicitur, nu. 8 & illi standum est nisi contrarium probetur, nu. 8.

Propositum in mente retentum nihil operatur, nu. 8.

Imputandum est illi qui apertius sibi non consuluit cũ posset, numero. 8.

Silentium nudũ altero absente non præstat consensum. 9.

L. si filius. ff. ad maced. nu. 10.

Absens tacendo consentire uidetur, nu. 11.

Pacta cum uno facta prosunt quandoque absentibus. 12.

Præsens & tacens consentire non dicitur, nu. 13.

Consensus contemporaneus utriusque in pacto necessarius est, numero. 14.

Consensus contemporaneus cum absente esse non potest. numero. 11. uide nume. 13.

Voluntas mutata non præsumitur, nu 15.

Pacisci non uult qui necessaria ad pactum nõ seruat. n. 16. Idem dicitur de stipulante, nu 17.

Consensus per epistolam ab absente præstari potest, uel per nuntium, nume. 18.

Acceptatio epistolæ sine contradictione an pro consensu habeatur. numero. 19.

1 QVOD ad tertiam pacti, & pollicitationis attinet differentiam, fatentur oẽs oblationem, seu promissionem pręsenti factam, non esse pollicitationem, sed pactuз, ea ratione, quia pręsens

præsens ēt si tacuerit, intelligitur consentire in his, quæ sibi emolumentum afferre cognouerit, & hoc procedit retentis terminis cōibus, de quo articulo ad satietatem locutus sum supra lib. cap. ibi vide. Hæc tamen conclusio etiam s̄m cōmunem sententiam intellecta recipit nō nullas restrictiones. In primis fatentur Doct. promissionem præsenti factam, tunc esse pollicitationem, cum fit promissio ex causa onerosa, cui non est verisimile tacentem assentiri. Idem est si offeratur ei, qui se neq; consentire dixerit, neq; contradicere. Ita glo. cōiter approbata, in
2 l. i. ff. de actio. & oblig. & hoc loco Ias. & Soc. tradūt, idem Soc. in rub. C. de pac. & ibi Mod. Ferra. & hoc loco Gallia. Alcia. Torn. nu. 60. Mandel. nu. 47. Leon. nu. 87. & cæteri. De quo tamen dubitat, sed sine ratione vtrobiq; Rip. hæc nu. 26. ibi, num. 7. Idem ego existimo in promissione facta furioso, infanti, surdo & cuiuis alteri nō intelligenti. Ideo etiam ab Italo quopiam facta Cymbro, vel Getæ, Italicum sermonem nō intelligenti erit pollicitatio & hoc nemo negabit. Deniq; idem est etiã in promissione facta tacenti, s̄m sñiã Decij, quę hodie inter Mod. crebrior est, de qua antea ad satietatem fuit tractatum amplius non repeto. Super quarta differentia pollicita
3 tionis, & Pacti fatentur omnes eam promissionem quæ fit absenti per nuntium, vel per epistolam, esse pactum, non autem pollicitationē, q; si neq; nūtius interuenerit, neq; epistola, tunc absenti facta, p̄missio dicitur pollicitatio, gl. & Bar. in l. illud. C. de sacr. san. eccle. Barto. in l. i. nu. 71. col. xvij. in prin. ff. so. matri. De duobus est videndum an semp̄ sit pollicitatio absenti facta promissio, sine nūtio, vel epistola, secundo an cum nuntio, vel epistola semper sit pactū.

4 Circa primum, videtur promissionem absenti factã in pactum conuerti posse: finge absentem certio

rem

rem de hac promiſsione factum, aſſenſiſſe, hoc caſu pactum eſt contractum, quod quidam admiſerunt etiam ſi nudo ſilentio fuerit approbata promiſsio, vt ſcilicet quemadmodum pręſens & tacens pro cõ ſentiente habetur, idẽ in abſente ſtatuatur, Amplius arbitratur Dec. in d. rub. C. de pac. abſentem cenſeri conſentire, etiam anteq̃ de eo, quod geſtum eſt, certior factus fuerit, per tex. in l. ij. C. de pac. vbi creditor hæreditarius agens contra emptorem hæreditatis, tacitè paciſcitur de nõ conueniẽdo hæredem qđ pactum prodeſt hęredi abſenti. l. ſi creditores. C. eo. tit. de pact. vbi Bar. not. ꝙ ſi creditor habens plures reos debendi in ſolidum admiſit vnum ad ſolutionẽ partis ſuæ intelligit̃ diuiſiſſe debitũ in ſingulas
2 perſonas. Facit tex. in l. i. §. accedit. C. de rei vxori actione, vbi extraneus dans dotem pro muliere ſi nõ ſtipulet̃ dotem ſibi reddi: Intelligitur donare mulieri etiam abſenti. Dec. in d. rub. C. de pact. nu. 2. Et ſi quis replicet ꝙ abſens ignorat. Ideo non põt videri cõſentire, Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. ꝑ tex. in l. q̃ vas. §. vetare. ff. de fur. Bar. in l. ſi cõſtãte, in princi. & v. q. ij. part. prin. ff. ſol. mat. Ad hoc rñdet Deci. ꝑñtiã eius cui acquiritur nõ cõſiderari, ſed vtilitatẽ tm̃, & ſic cõſenſus tacẽtis procedit ex vtilitate & cõmodo qđ quis cõſequitur, ob id. n. præſumitur cõſentire, q̃ rõ vtilitatis militat ẽt in abſente, Dec. ĩ d. rub. n. 1.
3 Hæc ſententia mihi non placet, quia ignorãs non dr̃ cõſentire l. ſi ignorãs. ff. loca. Rip. in d. rub. nu. 5. Textus eſt expreſſus in l. ij. §. volũtatem. ff. ſol. matr. vbi filia, quæ præſens dicitur conſentire, abſens nõ conſentit, & ibi not. Bar. & ſic promiſsio abſenti facta, pollicitatio eſt, ſecundum omnes Doctor. Non obſt. l. ij. C. de pact. cum ſimi. multi multa dixerunt, veritas ea eſt ꝙ ibi pactum fuit cum præſenti factũ, quod poſtea in cõſequentiã prodeſt abſenti, vt trad.

Mandel,

Mandel.nu.84.ad.§.accedit, dic q̃ ibi agitur de pacto inducto à lege in quo non requiritur consensus, quod gñaliter in couentionibus omnino tacitis tradit Alex.in l.ij.col.i.nume.3.& 4.C.de pact. Moder. Ferrar.in rub.C.de pact.nu.65.

4 Sed an saltem snia Dec.admitti debeat post scientiam? ita vt cum primum absens de re gesta certior factus fuerit, consensisse intelligatur? Deci. credidit q̃ sic, ita tradidit Dec.in rub.C. de pact. ꝓbat Crot. in.i.lect.col.v.circa med.nu.24. qui non facit differentiam, vtruȝ quis presens sit an absens, dumtñ de eius vtilitate tractetur, semper.n.s̃m eum absens cõ

5 sentire creditur. Adducit rationem Crot. quia inquit, qui scit aliquid ad vtilitatem suã gestum fuisse si nõ cõtradixerit, assentiri vr̃.l.qui absenti. ff. de acqui.poss.l.absenti.ff.de dona.l.si absentis, & ibi glo. not C.si cer.pe.l.si filius, ff.ad macedo.Bart.in l. quo enim.ff.rem rat.hab.Igitur cum primũ sciuerit, per inde ac si pñs esset assentiri creditur promissioni nõ reuocatę, quæ adhuc perseuerare præsumit̃, nisi mutata probetur, & sic consensus vtriusq; contemporaneus interueniri dr̃, & per cõsequẽs pactũ cõtrahit̃.

6 Respõderi potest & negari axioma istud esse perpetuum.s.q̃ tacens ea quę sibi sunt vtilia approbare, & amplecti videat̃, imo regulaȝ habemus ĩ cõtrarium, qua cõstitutum est, eum qui tacet, neq; assentiri, neq; cõtradicere videri, l.qui tacet.ff.de reg. iu. casus cõtrarij si qui reperiũtur, exceptionum locuȝ obtinent.Itaq; regulæ erit herẽdum, vt docet glo.in l.oĩs diffinitio.ff.de reg.iur.Deci.in l.i.nu.6.ff.eo.tit:

7 Qui eñ habet regulam pro se dr̃ hr̃e rem certam, vt tradit Bar.in l.quoties.ff.si quis caut.& in l.ij.colũ.i. ff.si quis in ius voc.nõ ier.Dec.in c.trãslato, col.ij.de consti.in ij.lect.& propterea standum est regulæ, nisi contrarium probet̃, vt scribit Bal.in l.si tutor, in fine,

ne,C.de ser.cõm.manu.& in c.i.de alie.iud.mu. causa fact.Ideo glo.in rub.de reg.iur.libr.vi.ante finem, dicit potiorem eius esse causam, qui regulæ innititur, nisi aduersarius causaꝫ ostẽderit quare eo in casu regulæ locus non sit,quam glo.sequitur Abb.in rubr. vt lite nõ cõtest.Ias.in l.ij.col.vi.ver. nota istam n u. 33.ff.si quis in ius voc.non ier.late Mod.de retrac.§.i. glo.ix.numero 209.

8 Cum itaq; habeamus regulam, ꝙ qui tacet non consentit,neq; dissentit,existimabo ego nihil profuturum silẽtium ei,qui cũ posset vtilitatem suã manifestare, eam in corde inclusam cõtinuerit, iuxta vulgarem regulam,ꝙ propositum in mẽte retẽtum nihil operatur,l.si repetendi.C.de condict.ob caus. & ibi glo.& Doct.l.quod quis.ff.de cõd.inde.glo.in l.codicillis.§.i.in verb.ea mente.ff.de leg.ij. mẽs eniꝫ corde occulta nihil est,vt scribit Alcia.in l.nominis, §.verbum.ff.de verb.sig. Ideo imputandum est illi qui rebus suis manifestius, cum posset, non prospexit, l.veterib.ff.de pac.quod ẽt animaduertit. Mod. Ferra.in rub.C.de pact.nu.39.

9 Deniq; ad rem ipsã propius accedendo, dic ꝙ ẽt ẽm receptam sñiam,non dr̃ quis assentiri, his, quæ emolumentum sunt allatura, si omnino taceat, nisi vtrunq; contrahentis pręsentia interueniat,alioqui nudum silentium altero absente nõ parit cõsensuꝫ, nisi saltem,vel nũcius,vel epistola interuenerit, ẽm glo.& Bar.in d.l.consensu.ff.de act.Bartoli. hoc loco & Soc.& Ias.quos refert,& sequitur Mod. Ferrar.in d.rub.C.de pact.nu.17.& hoc loco Ruy.nu.24.

10 Pro eãdem opinione affirmatiua adducitur, tex. in l.si filius.ff.ad Macedoni. vbi pater absens dr̃ absentiri ẽt in sui præiudicium, nisi statim cum sciuerit contradixerit:Rñdetur ibi nõ subesse nudũ silentium,sed pręterea, & acceptationem litterarum,& retentio

retentionem, penes se, quæ retentio est magni momenti, ad consensum demonstrandum, l.labeo, in fine.ff.de pactis.

11 Tertio in eādem sententiam adducitur exēplum, pacti inter absentes cōtracti, in l.ij.C.de pact.& in l. si creditores, eo.tit. quo exemplo videtur admittendum esse, vt absens tacendo consentire dicatur, his quæ emolumētū afferunt. Rñdetur ibi agi de pacto à lege inducto, in quo nō est tractādum de præsentia partium; nec de expressione volūtatis, vt trad. vtrobiq; Bar.& Bald.in d.l.ij.& hoc loco Ruy. num.24. Gallia.nu.52.& Mod.Ferra.in d.rub.C.de pact. nu. 65.& sic genus illud pactorum omnino tacitum, nō pertinet ad quæstionem nostram, in eis.n. præsentia nō est necessaria Alex.in l.ij.C.de pact.

12 Secundo rñdeo, multa esse pacta, quæ efficaciter cum vno facta, prosunt multis qualia sunt pacta in rem cōcepta, vt in l.& heredi.§.vlt.ff.de pact.& tūc non dicitur pactum cum omnibus esse contractum sed prodesse omnibus. Ideo forte defendi potest pactum illud tacitum, hoc est ex facto creditoris resultās quasi in rem factum sit, correis prodesse simile est in l.si tibi decem.§.pactum, eo.tit. vbi pactum ꝓdest singulari successori, & in l.vlt.eo.tit.& sic in d. l.ij.& in d.l.si creditores, nō agitur de pacto tacite cōtracto inter absentes, sed de extēsione pacti ab vno ad alterum, quod toleratur, quando interest paciscētis fieri hanc extensionem, & alioqui futurum esset paciscenti inutile, pactum, nisi fieret extēsio, vt hoc loco etiam animaduertit Mandel.numer.84. Cuius tamen commētarijs nūdum in lucem editis ego hāc sententiam amplexus fueram, quare quia arbitror esse veram, probo, & gratulor me cum egregio Iuris

13 consulto recte sensisse. Aliam rñsionem non in subtilem, trad. Hiero. Torn.nu.70. quam videbitis, mihi magis

magis placet solutio proxime relata, Ex his sublata esse constat argumēta eorum, qui arbitrãtur, absentem, & tacētem, Intelligi cōsentire, & pactũ cōtrahere. Cōtrarium itaq; tenent Mod. Ferra. in d. rubr. C. de pact. nu. 62. & Mãdel. nu 88. qui tenent quod absens, certior factus de pollicitatione sibi facta, nō intelligitur contrahere nec desinit esse pollicitatio.

14 Primo quia præsens promissione sibi facta, si taceat cōsentire nō dicitur, vt antea defendi, s3 Mod. igitur multominus in absente admittet, vt tacēs cōsentire existimeur.

Secundo dato quòd consentire dicatur absens certior factus, per hoc tamen pactum nō cōtrahitur
15 in quo cōtrahendo exigimus cōsensum vtriusq; cōtemporaneũ, vt sæpe dictũ est, per gl. approbatã in l. cōsensu. ff. de act. & oblig. sane cōsensus iste īter absentes cōtemporaneus esse non pōt, per rerũ naturã alter. n. hodie promittit, alter cras, vel postea assentitur. Nec alio modo cōiungi vtriusq; cōsensus legitime pōt, quàm his modis, qui à lege inuēti, & parati fuerunt. i. per nũtium, vel per epistolã, quãobrem cum vtriusq; consensus, nō posset esse contemporaneus, defendi non potest pactum esse contractum.

Tertio videtur etiam deficere cōsensus ex parte pro
16 mittētis, nam qui absenti promittit, aliquid, nec seruat necessaria ad pactũ cōtrahēdu3, nō est existimãdus hr̃e aĩum obligationis cōtrahēdæ, & sic ex hac parte nullus est cōsensus, etenim ex solēnitate, quã quis adhibet, ostēdit, que3 qualēq; actũ facere velit l. illud. §. tractari. ff. de iure cod. l. nō codicillum. C. de testa. vbi Alex. not. in i. not. & Remin. in l. vlt. nu. 4. C. qui admit. Mod. Ferra. in d. rub. C. de pact. nu. 24. cui optimè quadrat id qđ scribit Bar. in l. iurisgent. §. igitur nuda. ff. de pact. vbi ait, qui non interroganti, & præsenti spondeat, eum pacisci velle.

17 Idem Bar. in d.l. iurisgentium §. quod ferè ait credi oportere, cum qui ad stipulationem requisita obseruat stipulari velle, suffragatur tex. in l. an inutilis §. vltimo. ff. de acceptila.

Igitur qui absenti pollicetur, nec mittit nũtium, nec epistolam, nolle obligari existimãdus est, sf̃m Moder. quo fit vt licet fortuito certior factus acceptauerit, nihil proficiat s̃m Modern. nume. 25. & num. 63. quæ s̃nia mihi quoq; placet, quam probat Rip. hoc loco, nu. 21. & in rub. C. de pact. nu. 5 & ante hos glo. communiter approbata, in l. ij. ff. de act. & in l. i. ff. de contrahen. empt. Bar. in l. absenti. ff. de don. Bar. in l. iij. §. idem scribit col. ij. ff. de pecu. Bartoli. hic. & ver. nu. 24. & Mandel. nu. 48. Cagn. in rub. C. de pact. nume. 14, & ibi Mod. Ferra. in vij. q. & alij.

18 Limitatur conclusio, & hoc pertinet ad secundã quæstionis propositæ partem, vt non habeat locũ si per epistolã, vel per nuntium consensus interuenerit, perinde est enim ac si ambo paciscentes corã consensissent, l. qui autem §. vlti. ff. de const. pecun. l. labeo. ff. de pact. l. consensu, ff. de actio. & dicitur consentire, qui litteras scribit, vel nuntium mittit l. pater ex prouincia. ff. de manumis. vind. Bal. in l. vnica col. xvij. ante med. nu. 71. ver. quęro nunquid p nuntium, C. de confess. & in rub. C. de exerci. col. ij. nu. 4 & eo tempore consensus interuenire dr̃, quo epistola acceptatur, vel nuntius mandatum exequitur, secundum Bal. in locis adductis, & Barto. in l. nuda rõ col. ij. nu. i. ff. de don. vbi qui epistolam omittit mediante organo illo dr̃ consentire, Ias. in l. admonẽdi, col. li. nu. 142. ff. de iureiuran. Moder. in d. rubr. C. de pact. nume. 24, & nu. 66.

Et hoc casu sufficit litterarum acceptatio, sine cõ-
19 tradictione, l. si filius. ff. ad macedo. Bar. in l. quo ẽm, ff. rem ratam hab. l. cum taberniam §. idem quæsĩt,

&

& ibi Bar. in vlti. no. ff. de pign. Bart. in l. titius; ad fi. ff. de cōst. pec. Alex. consi. clxvij. col. iij. nu. 8. libro secundo, Ias. in d. l. admonendi. col. li. in fi. nu. 142. Mathesil. in notab. xxij. Feli. in c. cum M. colū. xvi. circa med. nu. 36. ver. secūdo fallit de const. Abb. in consil. vij. col. ij. post med. nu. 4. lib. ij. & alibi sępe Doct. Quod limita & declara, vt per Ias. in d. l. admonēdi, nume. 142. col. lij. in prin. & Mod. Ferrar. in d. rubri. C. de pact. col. xvij. in princ. nu. 73. & 75.

CAP. III.

Epistola ad decemuiros transmissa, & eis praesentata an tunc pollicitatio conuertatur in pactum, numero. 1. uide numero, 3.

Consensus per epistolam praestatur, nu. 2.

Acceptatio epistolae, & retentio inducit consensum acceptantis, numero. 2.

Pollicitatio durat, etiam post epistolae praesentationem, nu 4. & quidem indistincte, nu. 5. & 7.

L. charidemus. ff. de pollic. nu. 6.

Municipes non consentiunt, nisi solenniter id faciāt, nu. 8.

Pollicitatio approbata a decemuiris non transit in pactum, numero. 9.

Pollicitatio fit reipub. non autem decemuiris, nu. 9

1 QVAERI solet, non impertinenter, si epistola ad Rempub. trāsmissa, & decemuiris p̄sentata, fuerit vtrum ex pacto debeatur, quod in ea fuit oblatum, an ex pollicitatione? multi credūt pactum esse contractum, & ita credidit Bar. in l. charidemus. ff. de pollic. non. n. dubium est quin municipes cōsentire posśint, per ea

quæ tradit Bar. in l. omnes populi in. ij. q. princ. ff. de iust. & iure, maxime per decemuiros, seu cõsiliarios ciuitatis, qui Rempub. repræsentant glo. in rubri. C. quæ sit longa consuetu. Bart. in d. l. omnes populi. q. ij. princi. nume. 15.

2 Item consensus præstatur per epistolam, l. labeo. ff. de pact. l. consensu. ff. de actio. l. absenti. ff. de dona. l. qui absenti. ff. de acqui. poss. l. si absentis. C. si cert. pet. Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. & in l. quo enim, ff. rem ratam habe. Ias. in l. admonẽdi, col. li. numero 142. ff. de iureiurando.

Item acceptatio litterarum, & retentio, inducit cõsensum acceptantis. l. si filius. ff. ad macedon. & in l. labeo, in fi. ff. de pact. Bart. in l. quo enim. §. vltimo. ff. rem ratam hab. Mathesil. in not. xxij.

3 Igitur si scripta fuerit epistola decemuiris à pollicitatore, illisq; tradita, & ab eis accepta, & in archiuo custodie causa reposita fuerit vr negari nõ posse, quin pactum fuerit contractum, quia & scribentis, & concilij acceptantis consensus, vno eodemq; tempore interuenisse videtur, & sic erit pactum, Gallia. hoc loco, nume. 49. Crott. sibi parum constans in ij. lectu. nume. 3. Alcia. nume. 5. cum ait pollicitationem pro pacto accipi, Mandel. hic, numer. 102. & 106. fol. 12. col. i. Garz. in c. i. nu. 15. & 16. de pact. Mod. Ferr. in rub. C. de pact. nu. 66. & 68. quod intelligit ipse si epistola ad locum destinatum peruenerit, secus quãdiu est in itinere, vt ibi late per eum, & Rip. hic comprobat, numero. 26.

Contrarium quod imo sit pollicitatio tenet Alci. hoc
4 loco, col. ij. nu. 8. admittit Mãdel. nu. 108. cum distinctione vt si interuenerit cõsensus reip. sit pactũ alio qui sit pollicitatio, arbitrant̃ tñ non ex sola taciturnitate intelligi rempub. cõsentire, nisi aliquid aliud interueniat, quo manifestet̃ consensus, nu. 83. & 90.

Ego

5 Ego pollicitationem omnino esse contendo hoc probat tex. in l. septitia, ff. de pollicit. vbi pet epistolam dedicauerat spectaculum, seu munus in ciuitate edendum, tñ semper & id quidem sæpe, pollicitatio appellatur, & licet de epistola mentio non fiat, expresse tamen epistolam fuisse, vel libellum satis constat ex quo ibi tenor scripturæ recitatur.

6 Secundo probatur ex. l. charidemus, eo. ti. vbi clare patet epistolam fuisse scriptam, & tñ Doct. fatent eam pollicitatione3 esse ratione subiectæ materiæ. l. Imperatores, ff. de in diem adiect. Rip. nu. 26. Mode. Ferra. in d. rub. C. de pac. nu. 69. non curo ego vtrum tunc fuerit efficax an inutilis, mihi sat est eam fuisse pollicitationem, quæ si causam continuisset vtilis fuisset, nec ẽt admittẽda est distinctio Rip. nu. 26. & Mod. Ferra. in d. rubr. nu. 69. quam probat Mandell: numero. 103. quia est diuinatio quædam.

7 Tertio probatur ex eo q semper præsupponit decemuiros, qñ agunt ex pollicitatione habere in manu chirographa, seu epistolas pollicitantium, d. l. septitia, & d. l. charidemus, & semper ẽt post receptas litteras pollicitatio nũcupatur.

Quarto municipes nõ cõsentiunt nisi seruatis his, q ad ferẽda suffragia requirũtur de quibus Bar. in d. l. oẽs populi, q. ŋ. prin. nu. 19. Item epistola nõ cõtinet pmissionem illis factam, sed reip. d. l. septitia, ff. de pollic. & sic cũ illis nõ cõtrahitur. Itẽ cũ agat de vtilitate aliena, nõ de sua ipsorũ decẽuirorũ nõ intelligũtur cõsentire sine expresso consensu, vt scrib. Aquẽ. in l. postq̃ liti, nu. 24. C. de pact. Ruy. hic nu. 16. Cagn. in rub. C. de pact. nu. 14. ex his cõcludẽdũ est, pollicitationẽ appellãdã esse, oblationẽ, q reip. facta fuerit per epistolã, ẽt posteaq̃ ad decemuiros puenerit epla, quicquid dicat Rip. nu. 26. & cęteri ferè oẽs.

9 Fallit si forte decemuiri solẽniter approbauerint,

& acceptauerint pollicitationem meam, tunc concurrere vr̃ vtriusq; consensus, & per cõsequens pactum contrahitur, ita sentiũt Rip. hic, nu. 26. Mãdel. numer. 105. Moder. Ferrarien. in rubric. C. de pactis, nu. 71. col. xvi. post me. Mihi vr̃ verius semper esse pollicitationem præsupposito q̃ oblatio fiat Reipub. mihi eñ ea nõ est intẽtio, vt cum decemuiris cõtraha3, seu paciscar, sed vt Reipub. seu patriæ meæ obliger, igitur vltra intẽtionem meam pollicitatio mihi nõ nocebit, l. nõ omnis. ff. si cer. pet. vt per eosdem, Mod. in alio proposito nu. 24. & nu. 69. nisi ipsis decemuiris pollicitatio facta proponat, quid iuris sit qñ pollicitatio a præsente explicatur porrecto libello, aut verbotenus, seq. cap. tractabitur.

CAP. IIII.

Pollicitatio fieri debet coram decemuiris, aut per epistolam, uel per nuntium nu. 1. nu. 9.

L. charidemus. ff. de pollic. nu. 2.

Offerre, uerb. denotat præsentiam, nu. 3.

Apud significat coram, nu. 4. aliter accipitur, nu. 5.

Concilium representat rempub. nu. 4.

Pollicitatio pro pacto accipitur, nu. 5.

Interpretatio sumitur ex materia tituli subiecti, nu. 6.

Relatio ad proximiora, nu. 6.

Apud rempub. cui applicentur, nu. 6,

Diuinandum non est, nu 6.

Pollicitatio si transeat in pactum, fit donatio ualida etiã sine causa, numero. 7.

Pollicitatio indiscreta, quouis loco non obligat, nu. 8.

Pollicitatio ubi fieri non debeat, nu. 9. & qualiter.

Pollicitatio fit Reipub. non decemuiris, nu. 10.

Numi-

Municipes exequuntur pollicitationem, tamen illis non fit, numero. 11.

Et sic promissio dirigitur ad rempub. executio ad decem uiros pertinet, numero. 11.

1 AMPLIVS tentari potest coram republi. seu decurionibus, seu administratoribus reipub. fieri oportere, pollicitationem, & absentibus illis factam nõ valere, vt animaduertit Crot. hoc loco, in. ij. lect. col. ij. nu. 10. & Alcia. nu. 8. sentit Rip. nu. 26. & Mãdel. nu. 103. Mouetur Crot. per tex. in l. charidemus. ff. de pollicit. vbi qui epistolam scripsit muneris edendi causa nõ obligaĩ existimat Crot. promissorem eo casu nõ obligari, q̃ per epistolam fecit, quod verbotenus corã facere de
2 buit. Ias. qui primo loco excitauerat hãc cõtrouersiã col. iij. ante med. nu. 7. animaduertit tex. illum hanc intẽtionem nõ probare, nec. n. in eo dubium versaĩ, ꝙ per epistolam promiserit, sed de causa dubitatur, quæ nulla iusta suberat, Iccirco pollicitationem valere nõ patitur, l. i. §. i. ff. de pollic. idq; locũ sibi vẽdicat, nõ tm̃, qñ per epistolã quis pollicetur, sed & si verbo id fecerit, lex. n. indistincte loquitur.
3 Tertio hãc sñiam fulcit tex. in l. pactum. ff. de pollicitatio. in verb. offerentis, quo verbo significatur præsenti, vel monito fieri pollicitationem, alioqui nõ dr̃ offerri, quod absenti, & ignorãti offertur, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. l. obsignatione. C. de solu. l. acceptam. C. de vsu. l. si creditrici, eo. tit. l. i. C. qui potio. in pig. hab. & alibi sæpe. & ꝙ dicaĩ offerre pollicitator, ostẽdit ẽt tex. in l. de pollicitationibus, in verb. sponte obtulit. d. tit. ad hoc igitur, vt offerẽtis significatio verificetur, à præsente fieri debet pollicitatio, quod argm̃, ni fallor, nõ est cõtemnẽdũ

nec facile subuerti poterit.

3 Tertio in hanc sniam adduci potest, text. in l. ex pollicitatione, in verb. apud rempub. ff. de pollic. in terpretãdo apud rempub. i. coram repub. l. iã apud quem. C. de edẽ. l. eum, ff. de in ius vocã. l. de iure. in prin. ff. ad munic. & hunc text. antea ostendi nõ aliter salua ratione recti sermonis accipi posse, q̃ vt coram rep. significet, est igit ibi casus expressus, ĩ quo promissio corã administratoribus reip. facta appellatur pollicitatio, & corã cõcilio ciuitatis, quod rem pub. repręsentat, iuxta gl. in rub. C. q̃ sit long. cõsue. & Bar. in l. oẽs populi, in ij. q. prin. nu. 15. ff. de iust. & iu. cum itaq; decuriones pñtes fuerint, promissioni, & tacuerint, nõ intelligũtur cõsensisse, donationi oblatę, inducta fuit pollicitatio tñ, quæ in pactũ trãsiisset fm multos, si resp. acceptasset. Igitur silentium præsentis nõ inducit tacitum consensum. Rñ. Curt. 5 nu. 15. & exponit apud rẽp. i. fauore reip. seu ad eius vtilitatem, cũ. n. acquirat actio reip. vt in l. i. §. i. ff. de poll. & l. de pollicitationib. vers. q; si detrectat, eo. ti. nõ põt negari, quin istud ei sit vtile, q̃ expositio nullo mõ admittẽda; q̃a hæc ꝑpositio apud nũq; refert ad vtilitatem, latine loquẽdo, sed aut ad personam, aut ad locũ, vt passim ex latinis authoribus animaduertere licet. Secundo respondet anxios nos esse non oportere, vtrum illa sit pollicitatio an pactum quandoquidem nihil intersit, cum vtroq; casu efficax sit promissio, quam respõsionem irridet Mode. Ferra. quia nõ debuit Iurisconsult. eã appellare pollicitationem, quæ nõ erat, ne cõfunderentur termini. Alcia. nu. 6. ait pollicitationem eo loci pro pacto accipi, quod in iure nostro nõ est nouum, vt in l. nuda C. de contrah. & com. stip. gl. in rub. C. de dot. promiss. l. cũ donationis, C. de trãsac. l. i. §. pe. ff. de collati. dot. Doct. in l. i. C. de dot. promiss. Doct. l. vlt. C. ad velleia

6 Hanc tñ solutionem nõ admittunt Mod. Ferra. n. 32. in d. rub. C. de pact. nam saltem rõne subiectæ materiæ, fateri opꝫ eam esse pollicitationem, arg. l. Imperatores. ff. de in diem addi, Itaqꝫ ipsi Mod. aliter accipiẽda putãt illa verba , apud remp. sed ẽm eos erit sensus, & ordo, Insolidum teneri ex pollicitatione, quam quis fecit ob honorem apud remp. s. cõsequẽdum, seu gerendum, & tunc nihil obstat hoc modo intellectus ille tex. admittit Torni. nu. 63. tñ re vera, magis congruit, vt illa verba apud remp. ad verb. fecit applicentur, tum quia ad proximiora fit relatio in dubio, gl. in l. i. ff. de leg. præstan. Abb. in consi. 78. col. ij. lib. ij. & sic, fecit refertur ad verb. apud remp. vt pote ad proximiora, tum quia nisi hoc fiat, præpositio apud caret verbo, nec diuinãdum, aut subaudiẽdum est. l. si putator. ff. ad leg. aquil. Itaqꝫ ne alioqui sit imperfecta oratio, illa verba apud rempu. ad verb. fecit, sunt applicanda, & ppea adhuc remanet obiectum ꝙ promissio coram decemuiris tacẽtibus facta, non sit pactum, sed pollicitatio. Sanè nullo mõ

7 admittẽdũ est illud esse pactũ, de quo in d. l. ex pollicitatione fit mẽtio alioqui fateri oporteret hanc esse donationem, & quidẽ validã si facta fuerit p verbũ dedico, vel simile, vt in l. septitia. §. i. eo. tit. & hãc donationem sæpe appellant leges nostræ, pſertim, i d. l. ex pollicitatione, & in l. Impatores, eo. ti. nec dubitãdũ est quin valeat donatio i ciuitatẽ collata, & nudo pacto facta, l. illud, C. de sac. ecc. l. vlt. eo. tit. pſupponũt tñ leges hmõi oblationem sine cã factam per eplam vires nõ hre, igit non est pactũ, sed pollicita-

8 tio, qđ ẽt admittunt cõiter Doct. Quarto nõ est verisimile, ꝙ verbũ pollicitatoriũ quouis loco & quouis tempore prolatum, nos indiscrete obliget, quid. n. si in coquina, aut in cubiculo, vel in balneo, seu in horto, solus deambulans, dixerim me omnino velle

opus aliquod, p repub. edere, etiam expressa cā terre motus, vel ruinæ, vel incēdij, quod respub. paulo ante passa fuerat, & forte fortuna quispiam superueniēs vel latens in occulto decemuiris hęc detulerit, dicāt mihi hi stoicæ seueritatis verbotenus imitatores, nō ne durū, & iniquū videbitur, si actores cōstituti aduersum me agāt, & ad pollicitationis implemētum me adigere conētur? profecto nemo rerū humanarum non omnino expers, durum nimis ac seuerum, non dijudicabit.

9 Ego experiētia rerum edoctus didici, eos qui aliquid muneris patriæ suæ serio offerre voluerint, solere ad reipub. administratores accedere, & votum, seu volūtatem suam piam, & liberalem, erga patriā verbo exprimere, vel libello complecti, & apud eos dimittere. interdū per epistolam, aut per nūtium id exequūtur, his casibus quemadmodum pactum cū priuato cōtrahitur, ita cum Repub. pollicitatio, perficitur, quæ eos parit effectus de quibus in l. prima, ff. de pollicitatio.

10 Nō obst. q coram decurionib. facta promissio, cēsenda esse vr̄ pactum potius, q̄ pollicitatio, quod & in oblatione per nūtium, vel per epistolam facta, locum habere vr̄, quia est duorum consensus.

Rn̄deo, semper esse pollicitationē, ratio est in prōptu, quia hmōi promissio, quanq̄ fit coram concilio, illi tn̄ nō fit, nec consiliarijs ipsis offertur, sed Reipub. in quam verba pollicitationis semper sunt dirigēda, prout euenit in l. septitiæ, in princ. ibi certam ē patriæ suæ pollicēdo, & in l. i. ibi pollicitus Reip. & in §. qui nō ibi, qui non ex causa reipub. pollicetur, & in l. pactum, ibi volūtates in ciuitatem collatas, & in l. pe. ibi, donationes, quæ in Remp. fiunt, & sic qn̄ fit pollicitatio verba in Remp. ipsam dirigūtur, cum vero facta est pollicitatio, cætera, quæ supsunt,

à consiliarijs expediuntur.

11 Ideo ait lex municipes rem donatam possidere, d.l. pactum in fi.& actores constitui debere, qui legitime pro ciuitate agant, d.l. de pollicitationib. & ideo nec apud decemuiros cauet pollicitator, d.l. septitia §.i.eo.tit. erit itaq; semper pollicitatio, si Reip. offeratur etiam p̄ntibus decemuiris, nullo modo pactū erit tum quia illis nō fit oblatio, arg. eorum quę scribit Alex. in l. stipulatio ista §. alteri, col. ij. nu. 7. infra eo. tum quia, qui pro alio acquirere possunt nisi expresse consentiunt, nō dicuntur cōsentire, Aquē. i l. postq̄ liti, nu. 24. C. de pac. Item quia nō cōsentiūt nisi seruatis seruādis de quibus per Bart. in l. omnes populi. q. ij. princ. nu. 19. ff. de iust. & iur.

CAP. V.

Pollicitatio naturalem obligationem parit, num. 1. uide numero. 10.

Fides qualitercunque data, seruari debet, nu. 2. & 3.

C. qualiter de pactis. nu. 4.

Peccat qui pollicitationem non seruat, numero. 5. contra, numero. 6.

Votum efficax est, nu. 7.

Pollicitatio reip. uoto comparatur, nu. 8.

Solutum ex causa pollicitationis non repetitur, nume. 9. & quando, nume. 10.

C. si tibi de præb. lib. 6, numero. 12.

Pollicitatio pro pacto accipitur, nu. 13.

C. de illis, de despon. impub. nu. 14.

Vtilitas magna est, quod pollicitatio pariat naturalem obligationem, numero, 16,

1 QVINTA differentia pollicitationis, & pacti, ea adducit à Doct. qđ pollicitatio nullam inducit obligationem, nec quidē naturalem, quod an sit verum non inutiliter queri solet. In quo articulo quidam arbitrant̄ nasci ex pollicitatione hmōi obligationem. Vt3 Garz: in l.i.col.i.& ij.nu.4.& seq.ff.de pact. Ver.hic,nu.56. Et ante eos hoc tenuit Ant.But.in c.ex parte, de cēsib. vbi propterea concludit ſm iura canonica competere actionem ex nuda pollicitatione, & Abb.ī c. qualiter, de pact. prout etiam ſm eos oritur actio ex pacto nudo.

2 Pro hac opinione multa adducuntur quę referũt Mod. Garz. in l.i.ff.de pact. Ver. hic col.x. & seq. nu. 44. Ruyn.nu.14.cum mult.seq.Nig. nu.77. & seq. Mouentur hoc præcipuo fundamento, quod fides omnino sit seruanda l.i.ff.de pac.l.i.ff.de consti. pec. cuius fidei obseruatio naturali ratione subnixa est, Dic ꝗ loquitur de fide alteri data, l. cum amplius. §. is natura.ff.de reg.iur. quæ fides in pollicitatione cōsiderari non potest cum sit solius offerentis promissio.l.pactum.ff.de pollic.

3 Scđo fides est dictorũ cōuētorũq3 cōstantia & veritas, vt describit Cic.lib.i.officio. Igitur non solũ conuenta, sed etiam dicta simplicia sunt seruanda.

Ad hoc responde per ea, quæ trad. Abb. in pæm. Grego. propè fi. hoc intelligi oportere de dicto qđ ꝑfidiam continet, aut mendacium; & admittit Ruy. n.27. hoc est loquendo de re pñti vel ꝑterita nō d3 quis mendacium dicere, aut fallere, quod ad fidem attinet, ad eam fidem, quam alter secutus est, intelligi oportet, d.l.cum amplius.§.is natura.ff.de reg. iu. ita loquit̄ tex.in d.l.i.ff.de pac.& in d.l.i, de cōst. pe. Abb.in pæm. Gre. Ruy.hic, nu.23. rñ. Rip. in pollicitatione id nō verificari, qa neminē fallit, qui nemini

est

4 est obstrictus. Tertiò adducitur tex. in c. qualiter, de pact. in verb. promittuntur accipiẽdo verb. promitto late, put in l. sciendum §. dictum. ff. de ædi. edi. no: Abb. in d. c. qualiter, Ver. hic, nu. 48. potissimum autem hęc interpretatio admittẽda est in materia, ppo sita, in qua de peccato abstinẽdo agitur, Ius. n. pontificium assidue operã dat, vt à peccato nos arceat. c. nouit de iud. c. vt animarum, de cõstitutionib. libro vi. Igitur summus pontifex, qui pmissa seruãda esse præcepit, in d. c. qualiter, de pact. Idq; peccati abstinẽdi gratia effecit, proculdubio etiam de pollicitatione custodiẽda sensit ĩ qua, eadẽ peccati rõ versat. Respondet Ias. col. iiij. nu. 8. verbum, pmittuntur intelligi de pacto ratione subiectæ materiæ. Ita rñ. Io. An. & Ant. But. ibi, & Ruy. hic, nu. 22. & Ver. nu. 53. Nig. nu. 82. & vt aliquid addatur ad d. c. i. dic, intelligi de pacto efficaci, Nig. & alij suprà relati, ad argm̃ peccati respondebitur infra.

5 Quarto peccat, qui pollicitationẽ nõ obseruat, vt scribit Fel. in c. i. nu. 7. de pact. & ante eum Abb. in c. inter vniuersas, de elect. per c. iuramenti, xxij. qõ. v. vbi Deus nullam constituit differentiam inter iusiurandum, & simplicem orationem, siue asseuerationem. Alioqui non peccaret si naturaliter non obligaretur per ea quę not. Inno. in c. nouit, de iudi. & Doctõ. in ca. quæ in ecclesiarnm, de constitu.

6 Rñd. ex his quæ trad. Abb. in d. proæm. Greg. verius esse nõ peccare eum, qui pollicitationẽ non seruat: quia ẽt ex stipulatione absenti nõ quæritur obligatiõ naturalis Ruy. hic nu. 23. Nig. nu. 84. aut saltẽ ſm Gallia. hic, num. 201. non mortaliter peccat, qui pollicitationem non seruat, alioqui vrgeretur pollicitator ad fidem exibendã, quia laborat ecclesia, vt omne id seruetur, quo non obseruato incurritur peccatum mortale, c. vltimo, de vlt, de præscrip. c. vlti. de

de consue.c.ij.de maio.& obed. Dicit tñ Abb.in d.§. cum inter,ꝙ ecclesia pollicitatorem non cogit ergo sentit eum non peccare mortaliter.
Amplius tentat Nigr.ꝙ nullo modo peccet, ex quo absenti nullum ius quæsitum est, per ea quæ tradit Abb.in c.si cautio,col.iiij.de fid. instr. Gallia.n.201.
7 Quintò quemadmodum quis ex voto compellitᷣ ab ecclesia ad votum persoluẽdum,ita ẽt ex pollicitatione,voti exemplo,ſm Ant.But.in d.c. ex parte, de cẽsib.& Abb.in d.c.qualiter,de pac. & sic aliquã cõtinet obligationem.Rñ.quod de voto dr̃,speciale est in Deo:Vel dic,ꝙ intelligitur qñ peruenit ad actum nõ aũt qñ stetit in nuda pollicitatione, Anto. But.in c.i.de ope.no.nun.Ias. hic, Ver.nu.53.Nigr.
8 nu.83.Potest admitti argm̃ in Repub. inter has.n.fit æquiparatio,l.i.&ij.ff.de pollici.quæ æquiparatio cessat in priuato,in quo fauor publicus, aut religionis nõ versatur,& sic speciali fauore inductum,non trahitur ad cõsequentias,l.quod contra,& l.ius singulare.ff.de legib.quod fatetur Abb.in c. inter vniuersas,de elect.de hoc tñ an pollicitatio facta reipu. naturalem cõtineat obligationem postea separatim tractabitur.
9 Item solutum ex causa pollicitationis nõ repetitᷣ l.pactum.ff.de pollici.ergo subest obligatio naturalis:ſm Crot.alioqui repeti posset.l.i.& ibi not.ff.de de cõd.indeb.Ruy.rñ.ꝙ tradẽdo,& soluẽdo desinit esse res integra, & tũc incipit obligatio quæ antea nõ suberat,l.i.§.cepisse,eo.tit.hoc nõ admittit Crot. in promittẽte pecuniam:quod est cõtra text. in d.§. cepisse,& ibi glo.vt animaduerti Nig. nu.84.
10 Tu dic,ꝙ speciale est in pollicitatione facta reipu. vt sit valida:& ꝙ in casib. in quibus nõ parit actionem tñ obligat naturaliter : quęstio est de pollicitatione priuato facta,q̃ꝗ ẽt de primo dubium est.
Ad

Ad illud quod scribit Ruy. puto eum nō recte loqui in terminis illis, in quibus de pecunia ꝓmissa agitur in qua nō idem ius seruatur, quod in ope ꝓmisso custoditur, vt postea clarius demōstrabo.

11 Sextò adducitur in c. debitores, de iureiurā. Vbi vsurarū ꝓmissio, quæ turpis est cum iurō tamē obligat Dec. & ex hoc vinculo erga Deum, nascit̄ obligatio naturalis erga hominem, vt ibi probat Abb. Postea Garz. negat eo casu naturalem obligationem oriri. Ideo non est insistēdum.

12 Septimo adducitur tex. in c. si tibi de præb. li. vi. Vbi si quis absenti beneficium cōferat, nō pōt deinde idem alteri dare, etiam ante acceptationem. Igit̄ fateri opꝫ collatorem obligari absenti naturaliter sine pacto, alioqui de sacerdotio collato disponere posset. Dic casum istū esse specialem. Ratio specialitatis ea adducitur, quia ep̄s tenetur beneficia vacātia cōferre. Cum igitur alicui cōfert officio suo fungit̄, ca. relatum, de præb. libr. vi. & ꝑpea non reuocat quod iure legitimo fecit. Rip. hoc loco, nu. 27. Nig. nu. 87.

13 Ad idem est tex. in l. i. §. pen. ff. de colla. dot. & in l. vlt. C. ad velleia. & in l. cum donationis. C. de trāsa. & in rub. C. de dot. ꝓmis. vbi fit mētio de pollicitatione valida, & in l. nuda. C. de cōtrah. emp. q̄ adducit Ver. hic, nu. 53. & sic negari nō posse vr̄ quin aliqua obligatio saltem naturalis ex hmōi pollicitatione nascat̄. Dic, ꝙ ibi pollicitatio accipitur ꝓ pacto. Ita gl. in d. rub. & Ias. in d. l. cum donationis. Ver. hic nu 53. in fi. Vel dic, quod loquūtur in casu dotis, qui specialis est. Ver. hic, nu. 54.

14 Nono: de hoc vr̄ casus in c. de illis, de despōs. impub. Vbi qui contraxit sponsalia cum puella nō nubili nō potest penitētia ductus eam deserere, quandiu ipsa ad ꝑfectam ętatem non ꝑuenerit, & voluntatem suam manifestauerit. Hic, inquit Garz. oblo

con-

Allegat tex. in l.ęstimationem.ff.de mune. & honor. qui tex. nihil probat. Nam primo loco de his loquitē qui honoris, aut muneris æstimationem in pecunia pro administratione offerunt, & ait eos audiendos non esse, hoc nihil ad rem nostram. Secundo capite de his loquitur qui pecuniam pro honore promissam soluere cęperunt: & eos totum perficere cogendos esse statuit. An autem honor iste potius sibi q̄ alteri fuerit decretus, non explicat ille textus. Et sic non probatur eius intentio.

5 Ego itaq; verius puto obligari quem ex pollicitatione, & ob honorem alteri decernendum, hoc mihi probat tex. qui cauillari non poteſt in l. pen. eo. titu. vbi eſt expreſſum, eum qui ſui, vel alieni honoris cauſa opus facturum ſe in aliqua ciuitate promiſerit, ad perficiẽdũ, tã ipſum, q; ſuum hęredem obligatum eſſe.

6 Molin. cauillatur hunc tex. & ait illum intelligi oportere, qñ Reſp. hac fiducia ſeu contemplatione rei pollicitę honorem præſtiterit, eo caſu, inquit Moli. id incipit eſſe æris alieni loco, quod fuit promiſſu; & hoc euenit ob implementũ à Repub. factũ, l. quoties, verſi. cæterùm, eo. tit. qui text. ſimplr dicit pollicitationem ob honorem factã æris alieni loco haberi. Et ſic ex legibus per eum allegatis, noua & inaudita eius diſtinctio non probatur: Puto igitur ſimplr verum eſſe, q; pollicitatio facta ob honorem obligat, ſiue ſit facta ob honorem ipſius promittentis, ſiue alterius, vt egregiè probat tex. in d. l. pen. in prin. ff. de pollic. qui ſimplr loquitur de honore ſiue ſuo, ſiue alieno: Nec diſtinguitur qua contemplatione honor datus ſit: dummodo decretus fuerit illi, pro quo pollicitatio facta fuit.

7 Ad vnum tñ puto aduertendum, quod in hac materia parum intellectum, gl. & Mod. à vero legis ſenſu detorſit. Ego animaduerti plurimũ intereſſe vtrũ promittatur opus ſeu munus, ſeu ſpectaculũ ob honorem, an verò pecunia. Primo caſu ſtatim valet pollicitatio, & obligatur pollicitator, l. i. §. non ſemper, ff. de pollic. l. pactum, eo. tit. l. toties. §. i. eo. ti.

8 Pecunia autem ob honorẽ promiſſa non aliter debetur, q; ſi ſoluere cæperit promiſſor. tunc. n. pinde tenetur, ac ſi opus ſine cauſa promiſſum extruere cępiſſet, d. l. toties. §. ſi quis pecuniam, eo. tit. vbi ſimplr ait lex, quod ſi quis ob honorem pecuniam promiſerit, & ſoluere cęperit, debet, quaſi cepto opere. Ad

idem

idem est tex.in d.l.ęstimationem.§.i.ff.de muneri.& hon.vbi qui ꝓ honore pecuniam promisit si soluere eam ceperit totā præstare, operis inchoati exēplo,
9 cogendus est.Sic & aliâs,qui offert ęstimationeȝ honoris in pecunia pro administratione audiendus nō est:d.l.ęstimationem in prin.Sic etiam siquis ob honorem pecuniam ꝓmiserit,& anteq̄ȝ honorem ineat decedat,non relinquit hæredes obligatos. Itaqȝ ibi est casus in quo honor fuit decretus:quia tn̄ non fuit initus pecunia ob eum honorem promissa nō est ab hęredibus pręstanda.l.si quis ob honorem.ff. de pollic.cum alioqui teneatur hęres ex pollicitatione ob honorem facta,d.l. ex pollicitatione in princi. quod est intelligendum qn̄ opus aliquod seu munus fuit promissum. sed si pecunia fuerit promissa tunc eo modo tenetur quo obligatus est,qui opus sine causa pollicitus est,seu munus.Et sic ęgrius admittit promissio pecuniæ ob honorem,seu sacerdotium, quāȝ
10 operis publici pollicitatio.Quod etiam ex eo ostenditur quod pecunia sine cā promissa reip.non debet tametsi Resp.eius contemplatione opus aliquod inchoauerit,vt vr̄ exprimere tex.ī d.l.i.§.deniqȝ.ff. eo. tit.vbi manifesta fit differentia inter pecuniam sine cā promissaȝ,& promissas colūnas,& l.si quis ob honorem,in fi.eod.tit. Et hoc ego intelligo,qn̄ pecunia fuit promissa simplr̄,non aūt ad certum opus. Nam si ad opus Reip.fuerit ꝓmissa pecunia, & eius pecunie contemplatione Resp.opus ceperit, tenebit pollicitator,quasi cepto opere.l.i.§.sed si nō ipse.ff.de pol.
11 Quod de pecunia dictum est,vt scȝ ægrius admittatur pollicitatio pecunię,id forte ea ratione fuit constitutum,quia non omnino ambitus crimine caret, qui pecuniam pro magistratu dat,l.i.C.ad leg.Iuliā, de amb.tametsi pœnam non sustinet, qui palāȝ dat, sm̄ glo.in l.i.ff.ad legem Iul.de amb.&sic quanq̄ȝ impunita,

punita, tamen non est omnino fauorabilis pecuniæ promissio ob honorem, seu ob magistratum, & propterea ait lex non esse audiendos eos qui pro administratione honoris pecuniam offerunt, d.l. æstimationem. ff. de mune. & hono. qui text sic potest intelligi licet alium admittat sensum.

12 Non nego tamen quin postea, quàm honor optatus fuerit decretus debeat solui pecunia ob eum promissa, dummodo etiam initus fuerit, vt sentit text. in d. l. si quis ob honorem, eodem titu. Et sic duo requiruntur, & quòd sit decretus honor, & quòd sit initus, d.l. si quis. Vno tamen casu præstanda est pecunia hanc ob causam promissa, etiam ante decretum honorem, scilicet cum cæpta est solui: quod exemplo operis inchoati fuit constitutum, d.l. æstimationem. §. i. ff. de muneri. sed nihil refert vtrum honor iste ipsi pollicitatori, an alteri fuerit decretus, dummodo ob id facta fuerit pollicitatio.

13 Hæc procedunt in eo, qui aliquid promisit ob honorem decretum, vel decernendum, d.l. i. §. i. & d.l. pen. eo. tit. Ceterùm, si quis, ne honoribus fungeretur opus promiserit, tam honorem subire, cogendus est, quàm operis instructionem præstare, l. in priuatis, eo. tit. Ideo ait lex, eum cui munus fuerit iniunctum, si æstimationem muneris in pecunia offerat non esse audiendum, d.l. æstimationem, in princ. ff. de muner.

14 Amplius scribit Molin. nu. 6. promissam pecuniam si pars fuerit soluta non debere totam præstari à pollicitatore, causa non sequuta: quia diuidua est pecunia, quod ante eum animaduertit Crott. in secunda repet. nume. 14. Sed mihi non placet: quia est contra text. in d.l. i. §. sed si non ipse. ff. de pollicitati. vbi expressum est quod si quis pecuniam ad opus promiserit idq; opus Respub. contemplatione pecuniæ ceperit façere, tenebitur quasi cepto opere, d.l. i. ad idem

eſt tex.in l.ſi quis.ff.eo.titu.vbi ſiquis pecuniam ob honorem promiſerit cęperitq́ʒ ſoluere tenetur quaſi cepto opere,& ſic non recte loquuntur Crott.&Molin.Et hæc ſufficiant quoad primum caput pollicitationis obligatoriæ.

CAP. XI.

Pollicitatio ſine cauſa facta obligat cæpto opere,nu.1.
Idem eſt ſi pecunia ad opus fuerit promiſſa,& cæptũ fuerit opus.nume.1.
Repetitio non datur ſolutione facta.nu.2.
Hæres pollicitatoris qualiter teneatur.nu.3.& 4.
Diminutiô pollicitationis quando fiat.nu.4.
Vſuras pollicitator debet poſt moram, nu.5
Epiſtolam qui ſcripſit muneris edendi cã non tenetur .5.
L.charidemus.ff.de pollic.nu.6.& 7.uide nu 10.
Pollicitatio ſine cauſa non obligat.nu.7.
Epiſtola non plus obligat,quàm promißio à præſente facta,numero.7.
Præſens pollicendo non obligatur.nu.7.& 8.
Apud ſignificat coram,nu.8.
Pollicitatio fit Reipubli.*non autem decurionibus, numero, 9, & numero 12.*
Pollicitatio ſine cauſa iuſta non obligat, cum cauſa obligat,numero.10.
Epiſtolam acceptans & non contradicens an conſentire dicatur,numero.11.
Pollicitatio eſſe non deſinit licet decuriones acceptent epiſtolam.numero.12.& 13.
Municipes contrahere poßunt,nu.14.
Epiſtola recte contrahimus, nu.15.

Polli-

Pollicitatio fit ciuitati, ideo licet epistola approbetur à decurionibus non desinit esse pollicitatio. nu. 15

1 SEQVENS est caput, de eo, qui sine cā promisit opus is ita demũ tenetur si promissum opus facere cęperit, l. i. §. si verò sine cā. ff. de pollic. l. toties. §. cæterum, & l. pen. eo. ti. & l. æstimationem. §. i. ff. de mune. & hon. Idem est si quis certã pecuniã ad opus Reip. ꝑmiserit, & eius pecunię contemplatione Resp. opus illud facere cęperit: tunc. n. tenebitur promissor quasi cępto opere, d. l. i. §. sed si nõ ipse, l. de pollicitatione, eo. tit. in verb. aggressus fuerat.

2 Non solũm aũt cogitur soluere, vt supra dictũ est, sed & solutione facta, nõ datur repetitio: Interdũ. n. euenit, vt cogatur quis ad solutionem tñ deinde illi datur condictio, l. pe. §. pe. C. de consti. pec. Sæpe etiã qui sponte soluit indebitum illud repetit, l. i. ff. de cõdict. indeb. maximè si ꝑ errorem soluit, l. cuius ꝑ errorem. ff. de reg. iur. in materia ista solutum nõ repetitur, nec admittitur penitentia post traditionẽ, vt probat tex. in l. pactum. ff. de pollic.

Item intellige quod etiam hæres eius tenetur, l. ex
3 pollicitatione. eo. tit. l. pen. eo. tit. Sanè de pollicitatione ob honorem facta, ꝑmissor ipse insolidum omnimodo tenetur. Sed & hæres in solidum tenet ob honorẽ. l. ex pollicitatione, eo. tit. nisi malit hæres quintam partẽ patrimonij prestare, tũc. n. audit, l. pe. e. ti.

Quod intelligo qñ quinta pars est soluẽdo, & for-
4 tè excedit summam impensæ. Tunc auditur hæres qui partem quintã patrimonij defuncti pręstat Reipub. Alioqui enim in ꝑsona hęredis non fit diminutio pollicitationis, quę ob honorem facta est, sed ęris alieni loco hr̃, & in hæredum ꝑsona non minuitur, l. toties. ff. de pollic. Si verò tractetur de pollicitatio-

ne opis,& ob id conuenitur hæres,ꝙ opus fuerit inchoatum,tunc fit diminutio summę debitę in pſona hæredis,d.l.toties,eo.titu.Eo.n.casu si bona liberalitati soluēdo non sunt,hęres extraneus in quintā partem bonorum defuncti tenetur, liberi aūt decimam præstant,d.l.ex pollicitatione,& d.l.pen.eo. ti.,pmissor ipse pauper factus ex pmissione opis cepti,quintam partem patrimonij sui præstans,absoluitur, d.l. ex pollicitatione,in fine.
5 In vsuras tñ non cōuenitur pollicitator,qui opus se facturum,aut pecuniam Reipub.pmisit, nisi post moram.l.i.in princ.eo.tit.Item opis cępti periculū quod fortuito accidit non pertinet ad pollicitatorē d.l.i.§.vlt.Nec tenetur qui epistolam emisit muneris edendi causa,l.charidemus.ff.de pollic. p quem tex. scribit hoc loco Molin.nu.7. ꝙ qui ad rempu.scribit epistolam,& aliquid opus pollicetur se facturū, nō obligatur.ita ſm eū loquitur tex.in d.l.charidem9. sup quo textu ea res dubitationem afferebat ꝙ per epistolam scriptam,& transmissam pactum contrahitur,l.ij.ff.de pact.l.ij.ff.de act.§.i.Inst.de obligat.ex
6 consensu.Qua rōne videbatur idem esse concludendum in casu ppósito,vt.s.non sit pollicitatio,sed pactum,deciditur tñ contrarium ꝙ immo,pmissio illa pollicitationis formam non egreditur.
Rationem decisionis eā adducit Molin.nu.8.quia,inquit,non constat animo pacti ineūdi fuisse conscriptam,ideo deficiente consensu pactum non contrahitur,l.iij.in fi.ff.de act.& obliga.Accedat,ꝙ Respu. non facilè pręsumitur,pmissionem acceptare. Et sic ſm Molin.pollicitatio reip.facta de opere extruēdo non obligat sine cā:siue sit facta verbotenus siue per epistolam,ſm Molin. Et ob id reprehendendus est Crot.in repe.colū.ij.nu.10.qui existimauit oportere semp,ꝙ pollicitatio fiat à præsente,nec sufficiēte, ꝙ

per epiſtolam concipiatur ſecundum eum.

7 Non eſt dubium quin errauerit Crott. Nam in d. l. charidemus non alia ratione inefficax fuit pollicitatio, quã quia ſine cauſa ꝓmiſſum fuit opus, quę ꝓmiſſio non obligat p̄ſentem, & pollicentem. l. i. §. i. & ſeq. ff. de Pollic. igitur nec abſentem obligabit ꝑ epiſtolã: quia epiſtola non plus obligat quã ꝓmiſsio à p̄ſente facta, d. l. ij. ff. de Pact. d. l. ij. ff. de actio. & oblig. l. abſenti. ff. de dona. l. qui abſenti. ff. de acqui. poſſ. l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. Bar. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. & ſic nec p̄ſens pollicitator, qui coram Repub. ꝓmittit ſe opus facturum, nec abſens qui ꝑ epiſtolã id pollicetur, obligatur ſm̃ Molin. qui ita ait eſſe intelligendum tex. in d. l. charidemus.

8 Duo ſentit Molin. Primum eſt, ꝙ p̄ſens, coram Repub. pollicitationem faciens, non obligatur. Secũdũ ꝙ idem eſt in eo, qui abſens ꝑ epiſtolam pollicetur. primum ꝓbatur in l. ex pollicitatione. ff. de Pollicit. ibi, ex pollicitatione quam quis apud Rempu. fecit hoc eſt coram Repub. ſeu in p̄ſentia. Nã verb. apud ſignificat coram, ſeu in p̄ſentia, l. eum ꝓ quo. ff. de in ius voc. l. de iure. ff. ad munic. l. is apud quem. C. de edendo. l. ſiue apud acta. C. de tranſac. l. vlt. C. de vſu. pupil. Iaſ. in l. i. ff. de acquir. poſſ.

Et hoc poteſt recipi: quia, vt ſępe dixi pollicitatio

9 ſolet fieri Reip. non decemuiris. Item municipes nõ facile conſentiunt. l. i. §. vlt. ff. de acqui. poſſ. Bart. in l. omnes populi. q. ij. in prin. ff. de iuſtit. & iure, Iccirco ꝓmiſsio ꝑ me facta municipibus ſeu decemuiris recte dicitur ſolius offerentis ꝓmiſsio. Doct. tamen aliter ſentiunt: & ni fallor ꝑperam. Secundum quod de abſente tractat Molin. poteſt & ipſum admitti, vt. ſ. ꝑ epiſtolam non obligetur quis, prout nec præſens obligar[etur].

10 Qu[o]d ego intelligo quãdo ſine cauſa ꝓmiſit ideo rect

rectè exemplificat lex in eo,qui muneris edendi gratia epistolam scripsit,nec causam adijcit. Debemus igitur intelligere sine causa iusta opus fuisse promissum,l.i.§.si vero.ff.de pollic. & ita intellecta sententia Molin.defendi potest licet ipse de causa nullum verbum faciat. alioqui pollicitatio ob iustam causam facta obligat.d.l.i.§.i.l.pactu3.§.i.l. propter, & l. ob casum,eodem titu.Eadem ratione absentem per epistolam obligabit,l.ij.in fi.ff.de pact.l.consensu,in fi.ff.de act.& oblig.attamen non erit pactum.

12 Non obstat,quod epistola recepta oritur consensus ex parte recipientis,qui non contradixit.l.si filiusfamil.ff.ad Macedon.& ibi glo.not. & consequẽter perficitur pactum,l.ij.ff.de pact.

Respondetur quicquid sit in priuato, de quo nũc non dispuťo,nũq̃ intelligi municipes consentire nisi initis suffragijs more maiorum,l.nulli.ff. quod cuiusq; vniuersf.l.denominationum.C.de decurio.lib. x.l.quod maior.ff.ad municip.& ibi glos.l.aliud.§.i. ff.de reg.iur.aliàs autem non dicuntur consentire l: i.§.vltimo.ff.de acquiren.possess. & sic non sufficit, q epistola decemuiris præsentetur, nec quòd legatus,aut Prioris iussu in archiuo reponatur, quo fit, ut etiã post receptam,& recitatam in concilio publico epistolam pollicitatio,fit,maximè quia, vt sæpe dixi,pollicitationis verba ad Rempubl. non autem ad decemuiros sunt directa.

13 Amplius sentit Molin.nu.7.& 8.quod si fuerit acceptata epistola à decemuiris non erit pactum, sed pollicitatio:quia,inquit hoc non agebat scriptor,vt pactum contraheret,sed pollicitationem facere intẽdebat, igitur non obligabitur vltra id, quod in animo gereret,l.non omnis.ff.si cert.pet.

14 Aduerte:hoc ipsum,q nollet promissor pactum contrahere,sic simplr relatum non est admittẽdu3.

Nam si præsupponimus promissionem ad decuriones esse directam mihi videtur euenire posse, vt pactum contrahatur: Nam hi possunt contrahere, per ea quæ trad. Bar. in d. l. omnes populi. q. ij. prin. ff. de iust. & iure, præsertim per syndicum, seu actorem, l. ij. & l. item eorum. §. actor, & l. vltima. ff. quod cuiusque vniu. quod si factum fuerit, credendum est, eum qui scripsit, verbis conformem habuisse mentem.

Sanè per epistolam rectè contrahitur, & cõsensus vtrinque. d. l. ij. ff. de pact. in fi. d. l. consensu. ff. de acti. & obligation. & hoc ipsum pactum est, l. pactum. ff. de pollicitatio. Igitur qui per epistolam decemuiris aliquid pollicetur, creditur velle obligari secundum eius naturam.

Forte melius dici potest promissionem Reipu. offerri, & cum decemuiris negotium non contrahi: & hac ratione hanc pollicitationem esse etiam post receptam, & cõprobatam à Decurionibus epistolam.

CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS, COMMENTARIORVM AD RVB.

.ff. De verborum obligation.

LIBER VIII.

De Constituto. Caput primum.

CONSTITVTVM *quid sit, nu.1.*
Debitum quale requiratur in constituto, numero.2.
Debitum naturale sufficit in constituto contrahendo, nu.3. & de quo naturali intelligatur, numero.4.
Naturale debitum pluribus modis dicitur, nu.3.
Debitum naturale in constituto contrahendo sufficit etiã quod ex pacto nudo debetur, nu.4.5. contra, nu.8.
Debitum ex pacto nudo sufficit in constituto, numero.5. contra, numero.8.
Constitutum ex pacto geminato constat, nu.5.
Debitum natura i. ex pacto nudo, nu.6.
Obligationes iurisgentium sola fidei promissione sunt cõtentæ, causam non requirunt, nu.7.
Constitutum super pacto nudo factum secundum quosdam non ualet, nu.8.
L.iij.§.i.ff. de consti. pecu. nu.9.
Debitum quod exceptione elidi potest in constitutum deduci non potest, nu.9. & nu.21.23,
Stipulatio sine causa inefficax est, nu.10.

Nudo pacto promissum efficaciter non debetur ex iure gentium. numero. 10.

L. i §. debitum. ff. de consti. pecun nu. 10. uide nu. 16. 18.

Debitum ex pacto nudo non dicitur debitum ex contractu, numero. 11.

Nec est efficax iuregentium, nu. 17. & 18.

Debitum ex causa esse oportet, quod in constitutum deducitur, numero 12.

Debitum, dicitur quod ab inuito extorqueri potest n. 13.

Constituens pro alio, repetit actione negotiorum gest.. 15

Negotio inutiliter gesto, cessat actio. nu. 15.

Absurdum resultat ex eo quòd constitutum fiat super pacto nudo, numero. 14.

Debitum ex causa, quod sit, nu. 17.

Constitutum super contractu innominato factum non ualet, numero. 19.

Constitutum super stipulatione, sine cā nō ualet, nu. 20.

Consensus sine æquitate non producit naturalem obligationem, numero. 21.

Stipulationi sine causa obstat exceptio, nu. 22.

Obligatio ad antidora in constitutum deduci nō pōt. 24.

Pollicitatione debitum in constitutum deduci non pōt. 25

Fallit in pollicitatione reipub. facta. nu. 25.

SVPEREST ut de constituto, seu de constituta pecunia verba faciamus, constitutā pecuniā dixerunt Docto. nostri obliōnem secūdo loco contractam de soluēdo rem antea debitā. §. de cōstituta Inst. de act. op3. n. qp pecunia quæ cōstituit sit debita, l. i. §. i. ff. de cōst. pec. & §. debitū, ea. l. & l. pe. §. vt igit. C. eo. tit. & ibi glos. & Bal.

Bal.col.ij.nu.6.& Sal.col.iij.ante med.nu.4. Bartol.i d.l.i.§.debitum.ff.eo.Ias.hic.q.v.col.iiij.nu.11: dũ disputat an pactũ nudũ.ij.loco factum sup eadẽ re, sit cõstitutum, Rip.nu.29.Ver.nu.112.Buttigel.col.viij. nu.27.Bulg.col.iij.post med.nu.12.Gall nu.69.& 75. Leo.nu.94.Mãdel.nu.111.Moli.nu.13.&nemo est qui hoc neget,& sic cõstitutum est ꝑmissio soluẽdi debi

2 tũ præcedens. Dubium est de quo qualive debito sẽtiat lex, q̃ in cõstituto contrahendu3 debitũ subesse oportere statuit, hanc controuersiã sedat text.ĩ d.l.i. §.debitũ.ij.ff.de cõst.pec. vbi sufficit inquit natura esse debitũ,& hoc admittũt oẽs nemine dissentiẽte.

3 Difficultas nõ mediocris in eo versari vr̃, de quo naturali debito lex senserit, põt.n.duobus modis accipi hoc naturale debitũ, quod in cõstitutum deduci põt, vc3 in debitũ naturale efficax. cuius noĩe actio cõpetit. Item ꝓ debito naturali qđ repetionẽ tm̃ impedit.l.fideiussor.§.fideiussor.ff.de fideiuss.l. naturales.ff.de act.& oblig.põt & tertio modo ĩtelligi, vc3 de oblõne ad eos remunerãdũ seu parem gratia3 eis referendã, à quibus bñficio aliquo affecti sumus, q̃ oblõ vulgo ad antidora vocatͣ,& naturalis est, l.sed

4 & si lege §.cõsuluit.ff.de pet.hære. Quod attinet ad postremũ hoc genus oblõnis naturalis cõcludũt omnes cõstitutũ sup ea factum vires nõ hr̃e, ꝑcipue Bartoli.col.xiij.circa med.nu.50.vere quarto, quem quasi signiferũ, Doct.in materia ista sibi ꝑposuerũt, & Rip.nu.32.& Hiero.Ver.nu. col. xxxi.post med. nu.137.&alij.quo vero ad alias naturalis oblõnis species, ĩ vtraq3 locũ hr̃e posse cõstitutũ admittũt doc. quippe qui nullũ discrimẽ iureg.inspecto inter has esse semp arbitrati sunt, quaõbrem, quicquid hodie seruetur, siue vt efficax naturalis obligatio, siue ad except.tm̃ suffragetur, super huiusmodi oblõne cõstitutum fieri posse crediderunt.

5 Itaque pro constanti habent ex nudo pacto debitũ sufficere, & propterea Alex. existimans constitutũ nihil aliud esse, q̃ pactum geminatum, de re eadem factum, late tuetur ex hmõi geminato pacto actionem oriri. Ita ipse concludit in l. legem col. vlti. in fi. nu. 4. C. de pact. vbi multos recenset hoc idem tenẽtes. Idem Alex. in l. iurisgentium §. sed cum nulla, colum. ij. post med. nu. 9. ff. de pact. vbi ait pactũ istud secundo loco, superq̃ naturali debito factum, esse cõstitutum, quod sm eum ex duplici pacto nudo conflatum est. hanc sñiam admittit Ias. hoc loco colum. v. post princ. versi. sed tu aduerte, nu. 11. Alcia. col. 4. circa princ. nu. 20. Buttigel. col. vij. nu. 23. & 25. clarius Bartoli. col. xij. in princ. num. 45. Bulga. co. ij. ante fi. nu. 7. Crot. in prima lect. col. ij. post med. nume. 13. Gallia. col. xxij. circa med. nu. 89. Hiero. Ver. colum. xxvi. ante med. nu. 122. Iac. Nig. col. xxv. in fi. num. 100. presupponit Torn. nu. 73. vers. quoties igitur, & nu. 77. dum loquitur de nudo pacto geminato, Mandel. admittit, nu. 111. & Leon. nu. 94. & Molin. nu. 13. denique hoc probant hi omnes, qui ex pacto geminato actionem oriri contendunt, de qua re postea videbimus.
6 Hęc sententia à qua fere nemo dissentit, probari videtur ex l. i. §. debitum, ij. ff. de const. pecu. vbi cum dixisset oportere debitum esse: id, de quo constitutum contrahitur, subiunxit, sufficere natura id esse debitum, quod Doct. interpretantur. i. ex pacto nudo debitum, quod. n. pacto nudo debemus, naturaliter deberi omnes fatentur, & hoc suaderi vr̃ particula vel de qua in d. §. debitum, quæ pro etiam exponenda est, & habet vim extensiuam, iuxta traditam per Card. in cle. i. §. vlt. de re iud. & Corn. in consi. xiiij. nume. 3. lib. iij.
7 Secundo vr̃ probari ex eo q̃ iusgentium non curat de cã, sed tñ, de promissione, & de fide, vt hic. p. Galli.

Gallia.nu.89.super quo non insisto, quia de hoc ad satietatem scripsi supra eo.lib.i.cap.viij.

Tertio satis dicitur fieri constitutum ex causa ex quo fit super promissione antecedenti quæ loco causæ est Gallia.nu.88.quod ridiculum est,quia text.in d.l.i.§.debitum,exigit causam in ipso debito.

Quarto suffragatur authoritas Ang. in l.si certis annis,col.ij.C.de pact. vbi ait non posse allegari defectũ causæ, quando promissio geminata est. Galia: numero 89,& nume.90.

8 Contrarium,ꝙ imo sup nudo pacto constitutum factum,vires non habeat,tenuerũt quidam; quorũ nomina supprimit,Bartoli.col.xij.circiter med. nu. 46.ver.vidi,hi.n.arbitrati sunt, non aliàs constitui posse,nisi quod cõstituitur,ex cã debeatur,& Bartoli.ipse sequi vr̃ col.seq.nu.49. qui tñ parum intellexisse vr̃ quę qualisve sit hæc causa: ob ꝓnum cõstituendarum sentiunt itaqꝫ Doct.illi,non posse constitui,super eo qđ ex pacto nudo debetur, quod ēt cõprobat Rip.nu.32.qui generaliter dicit in cõstitutuꝫ deduci nõ posse quod iuregen.efficaciter nõ debet.

9 Hanc sn̄iam,probare vr̃ tex.in l.iij.§.i.ff. de const. pec.vbi siquis soluturum se constituerit, quod iure ciuili debebat iure prætorio nõ debebat.i.ꝑ except. non tenetur,& sic non oẽ debitum, in constitutũ deduci põt subijcitur rõ,quia inquit,non est debita iuribus pecunia,quæ constituta est,d.§.i.ex hoc apparet non sufficere aliquo iure id esse debitum, qđ cõstituitur,si aliquod aliud ius refragetur quamobreꝫ pecunia ex pacto nudo ꝓmissa, quę efficaciter non debetur inutiliter deducetur in constitutũ, verificãtur.n.illa verba,ꝙ non est debita iuribus pecunia.

10 Secundo suffragatur huic sn̄ię, exemplum stipulationis,quæ sine cã facta elidi põt, l. iij.§.circa. ff.de doli excep.eadem rõne constitutum super eo quod

sine causa debetur factum erit inutile,& hoc probat Rip.nu.32.in quam sniam, e t inclinat Bartoli. colū. xiij.nu.49.adducit rationem Rip. quia inquit constitutum fieri non potest de eo,quod iuregentiū efficaciter non debetur,sanè promissu3 ex nudo pacto, efficaciter non debetur, iuregentium. l.fideiussor.§. fideiussor.ff.de fideiussor.l.naturales.ff.de act.l.iurisgentiu3,inprin.ff.de pact.Igit nec valebit cōstitutū.
11 Tertio hanc sniam fulcit tex.in l.i.§.debitum.i.ff. de const.pec.qui cū dixisset constitui posse ex quacunque causa debitum, postea ne forte latius ꝙ par esset patere existimaretur,illud restrinxit, per hæc verba,idest ex quocunq3 contractu, & sic verba ex quacunq3 causa exposuit.i.ex quocunq3 contractu, vt intelligeremus constitutum fieri oportere super eo tantum debito,quod ex contractu debetur, stat .n.expositiue,& restrictiue verb.idest iuxta tradita per Bar in l.omnes populi,in princ.ff.de iust.& iur. quo sensu recepto,vr̄ excludi debitum ex nudo pacto,vt pote quod proprie ex contractu non dr̄ debitum,vt scribit Ias.in l.iurisgentiū.§.sed cū nulla, col. iiij.post prin.ver.tu aduerte,nu.27.ff. de pact.
12 Amplius considerādum est,nō sine occulta quadam rōne,expressu3 fuisse,ex cā debitum esse oportere id,quod in constitutū deducitur,& sic nō sufficit esse debitum nisi ex cā sit debitum causam aute3 intelligo efficientem de qua loquitur text.in l.iurisgentium,in prin.&.§.i.ff.de pac.hoc est de causa obligatoria,non aūt de causa finali,prout in alio ꝓposito egregie scribit acutissimus Torniel.num.46.sanè pactum nudum non habet causam obligatoriam,d. l.iurisgentium.§.i.&.§.igitur nuda. Iccirco defendi pōt pactionem nudam excludi quominus super eo cōstitui possit,quia nō super oī oblōne constitutu3 fieri posse dixit,sed sup oī cā obligatoria,seu sup debito

bito ex causa sit quęcunq; velit, dummodo sit efficiens, seu obligatoria.
13 Quarto munit hæc opinio ex.l.ij.§. vt igit. C. de cōst.pec.vbi simplr dr oportere id,qd in cōstitntuȝ deducit,esse debitū,quod ego interpretor.i.efficaciter debitū,alioqui non dr̄ proprie debituȝ,quod ab inuito extorqueri non pōt.l.debitor. ff.de verb. sig. igit in oblone, quæ ex nudo pacto descendit,nō verificant verba legis de debito simplr loquentis, & p cōsequens nō habebit locū dispositio l. iiij.§. toties, ff.de dam.infect.& mihi placet hęc opinio.
14 Quam vltimo loco comprobo ab absurdo, sæpe .n.euenit vt amicus,p debitore soluturū se cōstituat vel quia existimat eū in præsentia pecunijs carere, vel ad importunitatē creditoris tollendam,& vexationē abigendam, vel vt absentis negotium gerat, aut qua alia rōne vt rem illi gratā faciat non tn̄ animo donandi id facit,q; si ex pacto nudo debitum soluturū se cōstituerit,& cōstituto facto ad solutionē cogatur,resultabit iniquitas magna,aut.n.suo carebit qd a debitore,cuius negotiuȝ inutiliter gessit repetere non pōt.
15 Alioqui repetiturus si negotiū vtiliter gessisset,l.soluendo,& ibi glo.not.ff.de negot. gest.& sic donare coget inuitus,contra.l. cum de indebito.ff.de prob.aut si debitoreȝ cogimus ad agnoscendam bonam fidem cōstituentis,reperta erit via qua quis me ignorantem,aut inuitum,pro quo constitui potest.l.vtrum.ff.de const.pecu.obstringat necessitate soluēdi,quod ex pacto nudo tm̄ fuit pmissum,quod q; sit iniquum, nemo est qui nō videat, teneamus igitur debitum ex pacto nudo non posse in constitutum deduci,qua opinione retenta,supest
16 vt ad contraria rn̄deatur.Itaq; non obst.d.l.i.§.debitum.ij.ibi debitum vel natura sufficit. Respondeo debitum naturaliter duobus modis intelligi, vno modo

modo quod iuregen. dari opʒ l. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. alio modo, quod solutũ repeti nõ potest, d. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiusso. & d. l. naturalis. ff. de actio. & oblig. hoc secũdo casu obligatus, abusiue dr̃ debitor naturalis. d. §. fideiussor. vers. nam lʒ, ꝓprie aũt naturalis debitor ille est, quẽ iuregen. dare opʒ. i. qui inuitus ad solut. vrgeri põt d. l. cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur. hæc ad ꝓpositum reducẽdo, cuʒ ait lex id quod natura est debitum, posse in constitutum deduci, accipi opʒ, de eo quod ꝓprie debitum naturale appellatur, & qđ iuregen. ab inuito extorqueri põt, quia verba proprie accipi debent, l. non aliter. ff. de leg. iij. l. labeo. ff. de suppel. leg. Iccirco de eo naturali debito accipiemus, cuius noĩe aliqua actio competit, ita intellige tex. in d. l. i. §. debitum. ĳ. in vere vel natura. ff. de cõ-
17 sti. pecu. Suadetur hic sensus ex eo ꝙ in ead. l. in §. debitum. i. requiritur ꝙ sit debitum ex cã. Ideo cũ postea subĳcitur debitum aũt vel natura sufficit, Intelligimus dũmodo ex causa sit debitũ, & hoc indicat particula aũt quæ repetit qualitates præcedentes, l. seio. §. caio. ff. de fun. instr. Bart. in l. mariti. §. vlti. ff. de adul. Bal. in l. oẽs populi, col. viĳ. post med. versi. tertio modo nu. 20. ff. de iust. & iur. Alex. in l. si filius à patre, col. vi. in prin. nu. 6. ff. de lib. & posth. Ias. in l. si pater, col. viĳ. C. de insti. & substi.
18 Cum itaqꝫ dixerit lex oportere esse debitũ id qđ in constitutum deducit, idqꝫ ex aliqua cã: debitũ postea subĳcit sufficere, quod debitũ sit naturaliter, loquitur de eo debito, de quo meminerat, & sic debitum illud qđ ex aliqua cã est debitum, sufficit natura deberi, requiritur ergo ꝙ naturale hoc debitũ habeat causam obligatoriã, qua cã caret pactuʒ nudũ, alioqui non esset nudũ d. l. iuris gentium. §. i. ff. de pactis, consequẽter à potestate cõstituendi excluditur,

id

id quod ex nuda pactione debet,tum quia nõ est ,p prie debitum,hoc tum quia non est debitum ex cã, s.obligatoria,& efficienti.

19 Idem ego existimo in reciproca conuentione ob rem facta de qua in l.ex placito.C.de rer. pm. Mod. quidam de quibus hoc loco meminit Bartolin. nu. 46.tenent contrarium,in quorũ sñiam inclinat Bartoli.ipse nu.49.Eorum opinio admitti põt, in casib. quibus ab initio ĩteruenit traditio rei, tũc.n. dr̃ sub esse causa,d.l.iurisgentium.§.i.ff.de pact.l. naturalis, §.i.ff.de præsc.verb.sed si ab initio interuenit tm̃ ex vtroq; latere nuda conuentio,& non est efficax, d.l. ex placito.C.de re.permu.nec sufficit traditio ex in teruallo facta.l.i.§.vlt.ff.de rer.permut.d.l.naturalis §.vlt.ff.de præscrip.verb.de qua re vide quę dixi su pra lib.iiĳ.c.iiĳ.hoc casu non valebit constitutũ sup huiusmodi conuentione factum quemadmodũ nõ valere dixi super pacto nudo.

20 Amplius tradũt ĳdem authores supra relati, non posse in constitutum deduci, id quod ex stipulatione sine cã debetur,quia inefficax est,l.iiĳ.§.circa,ff.de doli excep.Bartoli.nu.47. reprobat quia stipl̃o sine cã naturalem oblĩonem parit,ex iurisgen.ęquitate,l. stichum.§.naturalis.ff.de solu.quæ ẜm eum ad constitutum sufficit.Secũdo quia stipulatio hm̃oi , sine cã facta,ipso iure parit actionem,licet exceptiõe excludatur,d.§.circa,& sic non est oĩno inutilis obligatio,ideo vr̃ in constitutum deduci posse,ẜz Bartoli.

21 Mihi magis pl3 prior sñia, per text.in l.iĳ.§.i.ff.de const.pec.vbi nõ valet constitutum factum sup obligatione quę per except.elidi potest, Nõ obst.q; ex stipl̃one hm̃oi nascatur obligatio naturalis, vt præsupponit Bartoli.pp consensum, Rñderi potest non sufficere consensum,ad producendam naturalez,nisi etiam subsit æquitas,vt probatur in l.iurisgentiũ,

§.

§. si ob maleficium. ff. de pactis: & in l. generaliter, & in l. si plagii, infra eodem. & vtrobiq; Barto. nota. his conferu at ea quę tradit Bar. in l. si non fortez, in prin. nu. 3. ff. de cond. inde. & in l. cum lex col. iij. nu.
22 4 ver. his pmissis. Galli. hoc loco, nu. 176. Sanè in casu nostro stipulationi sine cā contractæ obstat exceptio doli, d. l. iij. §. circa. ff. de doli excep. quæ ex æquitate descēdit, l. qui æquitate, & ibi glo. no. ff. de dol. excep. Bar. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. colū. iij. circa fin. vers. nam sicut, nu. 6. gl. & Bar. in l. quæ exceptione, ff. de cōd. inde. & hāc fauorabilem esse fatet Bartoli. hoc loco colū. xiij. nu. 42. quo fit vt stipulationem hmōi æquitate nō esse subnixā defendi posit, & per consequens naturalem oblonem non subesse, quo admisso
23 cessaret obiectum. Alio modo responderi potest, non sufficere nudam oblonem, vt constitutum fieri posit, sed oportere efficacem esse, ita vt iure prætorio. i. per except. elidi non posit d. l. iij. §. i. ff. de cōsti. pecu. & per hæc cōclusio, in terminis, de quibus loquitur tex. in d. l. iij. §. circa. ff. de doli except. constitutum fieri non posse.
24 Hæc cum ita se habeant multo minus fieri poterit constitutum super obligatione, quæ vocatur ad Antidora, de qua in l. sed & si lege, §. consuluit. ff. de petitio. hęr. l. si testamento. §. primo, ff. de fideiussori. Ita concludit Bartolin. colum. xiij. circa medium, numero. 50. adducit rationem, quia inquit obligatio, quæ iure gentium efficax non est in constitutum deduci non poteit, & recte. sane hæc est huiusmodi, vt per gl. & ff. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, & in d. §. consuluit. ergo vires non habebit factum de ea constitutum, quod ego admitto, præsertim, quia hęc proprie non est iuris obligatio, sed naturæ, d. §. consuluit, quæ nullo iure fuit recepta, ideo nullum parit iuris vinculum, vt dixi supra lib. i. c. viij.

Contra

Contrarium tamen teneat Hierony. Verr. num. 133. sed futilibus nititur fundamentis, quæ relatu digna non videntur.

25 Hæc eadem conclusio non procedit in eo, quod pollicitatione fuit promissum, quia non est debitũ, nec ciuiliter, nec naturaliter, vt supra fuit conclusum, ita probat Bartolin. nume. 50. cui contradicit Verr. numero. 139. motus ea ratione, quia ex pollicitatione promissum, naturaliter est debitum, quæ conclusio cõmuniter est reprobata, non enim verum est quòd pollicitatio naturalem pariat obligationem, ut antea fuit diffuse tractatum, & conclusum, & dato quod subsit naturalis, tñ non est efficax. Ideo in constituto contrahendo non sufficit, vt sæpe dixi, per textũ in l. iij. §. primo. ff. de constitu. pecunia, & hoc procedit in pollicitatione priuato facta, & ita sentit Bartolin. cæterum si sit pollicitatio Reipublicæ ex causa facta non est dubitandum quin de ea re constitutũ contractum vires habeat. nec vlla differentiæ ratio adduci potest, An autem ex dispositione legis, sine conuentione debitum, in constitutum deduci possit, non leuis est quæstio, neque contemnenda, quam sequenti capite tractandam reseruo.

C A P. I I.

Debitum ex sola legis dispositionem an in cõtractum deduci possit? quòd non, nu. 1.

Contra numero. 3.

Constitutum an habeat locum quando alia actio competit, numero. 2.

L. inter socerum. § conuenit. ff. de pactis dotalibus. nu. 2. ude numero. 5. 6. & 8.

Consti-

Constitutum super omni debito efficaci fieri potest, nume. 3. etiam ex delicto, nu. 4.

Actiões duæ subsidiariæ an cõcurrere pñt ex æquitate. 5

L. de pecoribus. C. de lege aquil. nu. 6. & 7.

Constitutum non ualet super debito nondum contracto, licet in confuso, quis sit debitor, nu 9

Constitutum super eo quod ex lege debitum est, an sit necessarium, nume. 10. 11.

Pactum super eo quod ex lege debetur, an sit efficax citra constitutum, an citra stipulationẽ? quòd nõ. 12

1 DVBITARI solet vtrum ex sola legis dispositione, sine conuentione debitum possit in constitutũ deduci, qua in specie Bartolin. col. xiij. nu. 50. existimauit oportere omnino id quod in cõstitutuꝫ deducitur, ex aliquo contractu esse debitum, nec sufficere oblõneꝫ à lege inductam. Hanc opin. fulcire vr̃ tex. in l. i. §. debitũ, in verb. ex contractu. ff. de consti. pecu. postea dubitat Bartoli. tamen ante eum hoc magna authoritate comprobauit Ang. in l. legitima. ff. de pact.

Secũdo munitur hæc sentẽtia ẜm Ang. ex eo ꝙ actio de constituta, nunꝗ̃ locum habet, si alia actio potest competere, vt vr̃ sentire text. in §. de constituta, Inst. de actio. vbi constitutæ actio locum non habet si stipulatio fuerit contracta.

2 Hęc tamen facile tolluntur, quia ad §. debitum rñdetur non negari, quin ẽt ex delicto, & ex alia quacunꝙ causa debitum, possunt in constitutum deduci, si aliĵs iuribus, vel ratione probetur. Ad tex. in d. §. de constituta, dic illud procedere in conuentione quæ fit constituendi cã, hæc si fiat animo stipulãdi, non producit actioneꝫ de constituta, nos loquimur

de

de debito præcedente super quo fit constitutum,& cum hac obl̃one põt concurrere,l.vbi quis.ff.de cõsti.pec. Tertio pro opinione Ang.,vr̃ text.in l.inter socerum.§.conuenit.ff.de pact.dota.iunct.l.si quis ꝑ vxore.ff.de don.inter vir.& vxo.vbi conuentio inter virum,& vxorem de refundendis impensis factis in itinere non parit illi actionem, sed datur vtilis actio,in factu3,quę subsidiaria est l.quoties.ff.de præsc.verb.ergo actio de constituta nõ potuit competere,alioqui ad subsidiariã actionẽ non confugeremus.
3 remus.Fulg.tenet contrarium, ꝙ imo constitutum fieri possit super eo qđ ex legis dispositione est debitum,& hoc pręsupponit Bar.in d.l.legitima colũ.ĳ.ante fi.nu.3.qui ait hoc casu non esse necessarium constitutum,quia fm eum,pactum nudum appositum super debito legali actionẽ parit, quasi sentiat l3 non sit necessarium fieri tñ posse,& sequuntur cõmuniter Doct.& in specie ꝙ constituta cõtrahi possit,defendit Alex.in d.l.legitima,col.ĳ.circa me. nu. 4.& ibi Ias.col.vlt.ante fi.per tex.in d.l.i.§. debitum qui gñaliter loquitur de debito,ex quácunq; cã, & non potest negari,quin legitima obl̃o habeat cãm, d.l.legitima,& hoc loco Mod.nu.144.& ꝓbat Gali. nu.75.col.xvĳ.in fi.vbi gñaliter concludit ꝙ debitum etiam ex delicto,vel quasi delicto,& ex obl̃one legali in constitutũ deduci põt,&admittit Verr.hic
4 nu.123.Melius probat text.in l.qui iniuriarum.ff. de const.pec.vbi qui iniuriarum tenetur vel furti, vel vi bonorum raptorũ actione constituendo tenet̃, & sic ex alia causa, q̃ʒ ex contractu debitum põt in constitutum deduci.facit tex.à nemine allegatus,in l.pen.§.v: igitur.C.eo.tit.quę simpl'r dicit constitutum super debito fieri posse,nec distinguit,aliquod genus debiti ab alio, dummodo vere sit debitum .i.efficaciter debitum,qualecunq; igitur rõne,sit debitum

bitum, lex illa locum habebit, quæ simplr loquens, simplr est intelligenda, l. i. §. gñaliter. ff. de leg. præst.
5 l. de pretio. ff. de publicia. Non obst. l. inter socerū. §. conuenit. ff. de pact. dotal. Rñdet Alexā. in d. l. legitima. nu. 4. actionem vtilem de qua ibi, posse concurrere cum actione de constituta, quæ a prętore in subsidium ex æquitate fuit introducta, ad hoc adducit Alex. l. de pecoribus cum glo. C. ad leg. aquili. & in l. quemadmodum. §. magistratus, & ibi not. ff. eo. tit. & l. item si obstetrix si quis hominem eo. tit. quibus in locis actio vtilis, & in factum actio cōcurrūt quia ambæ ex ęquitate competunt, vt no. glo. in d. l. de pecorib. & in d. §. magistratus, & Barto. & Alex. & Ias. & alij, in d. l. legitima, quo exemplo idem potest defendi in terminis quæstionis nostræ, vt. s. actio de constituta concurrat cum vtili in factū actione, propter æquitatem.
6 Aduerte q̀ concurrant ambę illę actiones de quibus loquitur glo. in d. l. de pecoribus, & in d. §. magistratus, apud me non est omnino expeditum, nam tex. in d. l. de pecoribus, proponit casum in quo pecora per iniuriam fuerunt inclusa, & famæ necata, & tunc datur actio legis aquilię, d. l. de pecoribus, diuersus est casus, de quo in d. §. magistratus, ibi n. sine iniuria fuerant inclusæ pecudes, hoc est sub prætextu pignoris custoditę, & dum creditor cibum afferri non patitur famę necate sunt, hoc casu, datur in factum actio, d. §. magistratus.
7 Et sic non concurrūt hę actiones, sed altera altero casu competit, & cum hac distinctione intelligēdus est tex. in d. l. item si obstetrix. §. si quis. ff. ad leg. aql. vt. s. nulla iniuria circa hominis inclusionem fuerit commissa, & tunc si fame perijt, datur actio in factū vt ibi, si per iniuriam fuerit inclusus, datur legis aquilię actio, d. l. de pecoribus, q̀ autem ambæ actiones

nes ille concurrant eo casu, nulla lege probat, quicquid dicant Alex. & Ias. in d. l. legitima.

8 Secundo aduerte circa tex. in l. inter socerum. §. cõuenit. ff. de pac. dota. mihi videtur probari ex eo, nõ competere actionem vllam ex pacto illo nudo, & sic non subesse constitutam vtilem tñ in factũ dandã esse scribit, quæ actio meo iudicio, ex eo competit, quia mulier literis mariti euocata, ad eũ pfecta est, vt ibi exprimit lex, ideo æquum est sumptibus mariti iter factũ fuisse, & ppea impensas in itinere factas actione illa recuperat, mulier, quas ẽt pacto non intercedente maritus sustinere debet. l. si quis, p vxore, in prin. ff. de dona. inter vir. & vxor. & cum dãda sit vtilis non directa actio, not. Moder. in l. legitima. n. 40. ff. de pac. actionẽ nõ oriri ex pacto sup eo qđ ex lege debet apposito, alioqui directa cõpeteret.

9 Sed mirũ videbitur, cur nõ cõtracta sit cõstituta, cum præcedat debitũ efficax, d. l. si quis pro vxore, rñdeo maritũ teneri incipere, factis impensis, seu dũ fiunt, sed anteaq̃ emerserit necessitas, non põt cogi, nec dicitur debitor anteaq̃ impensę factę fuerint, & propterea in constitutum deduci non potest, quod nondũ est debitum nec speratur debitum, l. i. §. debitum. ff. de consti. pecu. quod si post impensas factas conuenisset maritus de eis soluendis puto constitutæ pecuniæ actio competeret, & consequenter stat firma conclusio cõiter recepta, q̃ etiam super debito legali constitutum fieri vtiliter potest, & hãc cõmunem attestatur hoc loco Verr. num. 144. & hanc declarationem ad tex. in d. §. conuenit diligenter nota. & memoriæ commenda, quia plurimum suffragabitur ad sensum, l. si tibi. C. locati. de qua diffuse tractabitur, inf. eo. c. v. nu. 8. cũ multi seq. & nu. 14 & c. ix. nu. 16. vbi omnino vide, quia vidisse non pigebit, Modern. Hispan. in d. l. legitima, numero. 40.

arbitrantur non subesse constitutum, quia non fuit facta mentio de priore debito, quod mihi nō placet, quia est contra d.l.si tibi.C.loc.

10 Ad aliud aduerte, quod tradit Bar. in d.l. legitima non esse necessarium constitutum, in eo quod ex lege debituȝ est, id nō procedit, si forte tertius aliquis non debitor, onus soluēdi subire velit, tunc necessarium est constitutum, vt animaduertit Ias. in d.l. legitima, circa finem.

11 Amplius ego existimo etiam esse necessariuȝ hoc idem, qn̄ debitor ipse, quod ex legis dispōne debet, in conuentionem id deducit, tunc.n. nō aliter ex cōuentione tenebitur efficaciter, q̄ si constituta fuerit contracta, aut stiplō interposita.§.de cōstituta, Insti. de actio. nec.n. lege probatur axioma istud à Bartolo excogitatum, & à cæteris comprobatum, & propterea rectè id redarguit Fulg. regulam.n. habemus q̄ ex pacto nudo actio nō oritur, l. iurisgentiuȝ.§.igitur nuda, a qua non reperitur exceptus casus huiusmodi, ergo stabimus regulę, vt per glo. in l. oīs diffinitio.ff.de reg.iur.glo. in rub. eodem titu. lib. vi. Deci. in l.i. numero.6.ff.de reg.iur.

12 Non ob. tex. in l. non impossibile.ff.de pact. queȝ adducit Alex. in d.l. legitima, loquitur.n. de pacto incōtinenti apposito, in ipso cōtractu quo casu nemo negat efficax esse pactum, l. in bonęfidei, & l. petēs.C. de pact.l. iurisgentium.§.quinimo.ff.eo.titu. sed si ex interuallo fiat pactum nudum super eo quod ex legis dispositione debetur, quòd ex eo pacto, nascatur actio, sine stipulatione, aut sine constituto, id nullo iure probatur, fateor tamen quòd erit constitutum, & de cōstituta actio dabitur, si cætera ad constituēdum necessaria concurrerint.

CAP.

CAP. III.

Constitutũ consensu contrahitur, sine eo non ualet, 1.
Constitutum non contrahit qui stipulari uoluit, n. 1.
Constitutum ad solutionem, & satisfactionem referri debet, numero. 2.
Pactum constituti debet habere relationem ad prius debitum, numero. 3. 4.
Alioqui non facta mentione primi debiti non ualet, nu. 5.
Expressa relatio ad praecedens debitum fieri debet, ut sit constitutum, nu. 6. 7. & 8.
Forma constituti est ut pro debito praecedenti fiat, nu. 9.
Forma ex praesumpto consensu non impletur. nu. 9.
Constitutum uerbis fieri debet aut scriptura, nu 10.
Expressum uerbis non dicitur, quod ex coniecturis percipitur, numero. 11.

1 QVAERI etiam solet quomodo contrahat constitutum, qua in re nõ est dubitandũ quin consensu fieri posit constitutuȝ, vt exprimit tex. in l. i. in prin. ff. de cõst. pecu. ibi cõstituta ex cõsensu facta custodit. Iccirco inter absentes fieri poterit, prout & pacisci, l. vtrum eo. tit. & quibuscunq; verbis, l. qui autẽ in fi. eo. ti. & per nuntium, vel per epistolã, d. §. vlti. & de epistola est exemplum, in l. titius, & in l. quidam eo. tit. & in l. cum qui. §. Iulianus, eo. tit. Itaq; sine consensu cõstituendi non contrahit, & sic non sufficit hr̃e animuȝ sese simplr̃ obligandi, sed opȝ animum constituẽdi hr̃e, alioqui non tenetur de constituta. qui non animo constituendi aliquid ꝑmittit, exemplum in eo qui per stipulationem promittit, is. n. non tenet de

constituta, sed iure ciuili obligatus est. §. de constituta, Inst. de actio. quo fit, vt qui stipulari voluit, si inutiliter stipuletur, nihil agit, non. n. agere poterit ex stipulatione inutili, sed nec de constituta experietur quoniam nō animo constituentis, sed promittentis factum sit. l. i. §. eum qui, ff. de constit. pecun. ex quibus apparet aliud esse promissionem simplicem, aliud constitutum.

2 Existimo autem constitutum, ad solutionem, seu satisfactionem debiti iam contracti esse referendū, d. §. de constituta, ibi soluturos se constituerunt, ita concipit verba tex. in l. iiij. & in l. eum qui, in princ. & in §. iulianus, & in §. item, & in l. qui autē in princ. & in l. promissor. i. & ij. eo. tit. & alibi sępe præsertim in auct. si quando. C. de consti. pecu.

3 Quamobrem non leuis quæstio esse solet, vtrum secunda hæc conuentio, quod constitutum vocamus, expressam relationem ad debitum præcedēs hr̄e debeat, an vero simplex promissio sufficiat nulla mētione facta de priori debito, dūmodo postea reperiatur eādem esse rem, eiusdē qualitatis, & quantitatis, vt in l. eum quęritur, & l. seq. ff. de exceptio. rei iudic. intelligatur esse constitutum.

4 Multi arbitrati sunt oportere mentionem fieri in cōstituto, de priore debito, ita vt appareat sup quo celebratum fuerit constitutum, exemplum si dixero, decem quæ calendis Iulij promisi, vel quæ titius tibi debet, ego tibi soluam calendis Septembribus, vel de eo satisfaciam, similia exempla proponuntur in l. eum qui. §. Iulianus quoque. ff. de constituta pecunia, & in l. titius, & in l. quidam, & in l. vltima, eodem titulo.

5 Quod si quis simpliciter promiserit se illi daturū stichum hominem, non facta mentione prioris obligationis, licet postea de ea appareat non dubitur de

constituta actio, sed erit simplex, & omnino nudum pactum, quia nõ animo constituendi, sed promittẽdi factum videtur. l. i. §. eum qui, eo. tit.
